cet patre | iudex viuoꝝ | ſcilic3 qui viuũt
vita gratie | ⁊ mortuoꝝ | id eſt iniquorũ
qui mortui ſũt morte culpe.propter qd̃
dicit̃ Joh.vj. Pater omne iudiciũ dedit
filio | huic oẽs ꝓphete teſtimoniũ perhi
bent | quaſi diceret. Nos ſoli non ſumꝰ
teſtes eius.ſed etiã ꝓphete antiq̃ diuini/
tus inſpirati qui ꝓphetauerunt de chri/
ſto | remiſſionez peccatorũ accipere per
nomẽ eiꝰ | Johel.ij. Quicũq3 inuocaue
rit nomẽ dñi ſaluus erit | oẽs q̃ credũt i
eũ | Glo.ordi.fide cũ operibus.

Feria tercia paſce. Actuũ.xiij

SVrgens pau
lus et manu ſilentium
indicens ait. Viri fra
tres filij generiſ abraam et qui i
vobis timent deũ.vobis verbu3
ſalutis huiꝰ miſſum eſt. Qui enĩ
habitabant hieruſalez et princi
pes eius ignorantes ieſum et vo
ces prophetaru3 que per omne
ſabbatum leguntur. iudicantes
impleuerunt. Et nullam cauſam
mortis inuenientes in eo. petie
runt a pylato vt interficerẽt eu3
Cunq3 conſummaſſent oĩa que
de eo ſcripta erant. deponentes
eum de ligno poſuerũt in monu
mento Deꝰ vero ſuſcitauit eum
a mortuis tercia die. qui viſus ẽ
per dies multos his qui ſimul
aſcenderant cum eo de galilea i
hieruſalez qui vſq3 nunc ſunt te
ſtes eius ad plebem. Et nos vo
bis annunciamus eã que ad pa
tres noſtros repromiſſio facta ẽ
quoniã hanc deus adimpleuit fi
lijs veſtris. reſuſcitans ieſũ chri
ſtum dominum noſtrum.

SVrgens pau
lus ⁊ manu ſilentium indi
cens. Ante initium illius
epiſtole ſcribit ſanctus Lucas ꝙ ſanctuſ
Paulus dixit iudeis. Quomodo oli3
filij iſrael poſtulauerunt ſibi regem ⁊ de
dit illis deus ſaul filium cis.virum d̃ tri
bu beniamin annis.xl. Et poſt hunc de/
dit illis dauid regem de cuiꝰ ſemine na/
tus eſt chriſtus ſaluator ꝑ̃dicãte iohãne

ante faciem aduentus eius baptiſmuꝫ
penitētie omni populo iſrael. Cū autem
impleret Johannes curſum ſuum dice/
bat. Quē me arbitramini eſſe non ſum
ego. Sꝫ ecce venit poſt me cuiꝰ nō ſum
dignus calciamenta pedū ſoluere. Tūc
ſequitur epiſtola p̄ſens ⌊ In diebꝰ illis.
Surgens paulus ⁊ manu ſilentiū indi/
cens ⌋ Ly. vt meliꝰ a tanta multitudine
audiret ⌊ ait viri fratres filij generiſ abra
am ⁊ qui in vobis timent deū vobis ver
bum ⌋ ſcilicet incarnatū ⌊ ſalutis huius
miſſum eſt ⌋ ſcilicet principaliter. Tum
quia ieſus chriſtꝰ iudeis in propria pſo/
na p̄dicauit. Tū quia in medio iudee ſcꝫ
in hieruſalē operatus eſt ſalutē ⌊ qui eni
habitant hieruſalē ⌋ ly. quantū ad vulga
res ⌊ ⁊ principes eius ⌋ quantū ad maio/
res ⌊ ignorantes ieſum ⌋ ſcilicet eſſe chri/
ſtum veꝝ deum ⁊ ſaluatorē hominum
⌊ ⁊ voces prophetaꝝ que per omne ſab/
batum leguntur. iudicantes ⌋ ſcꝫ ieſum
morte eſſe dignū ⌊ impleuerūt ⌋ prophe/
tias predictas de eiꝰ paſſione. ſm qd̄ di/
citur Eſa. liij. Tanqꝫ ouis ad occiſioneꝫ
ducetur. Itē Hiere. xj. Ego quaſi agnus
manſuetus qui portatur ad victimam.
⌊ ⁊ nullā cauſam mortis inuenientes in
eo ⌋ ſicut patet ex euangelio ⁊ pylati teſti
monio ⌊ petierūt a pylato vt interficerēt
eū ⌋ per milites ipſius. Et licet primo re/
ſtiterit tamen finaliter petitioni eorum
acquieuit iudeorum fauore ⁊ ceſaris ti/
more ⌊ Cūqꝫ conſummaſſent omnia q̄ d̄
eo ſcripta erant ⌋ ſcilicet ipſi peruerſi iudei
⌊ deponentes eum de ligno ⌋ ſcilicet ipſi
boni iudei Joſeph d̄ arimathia ⁊ Nico
demus ⌊ poſuerunt euꝫ in monumento
Deus vero ⌋ .ſ. pater ⌊ ſuſcitauit eum ⌋ .ſ.
hominem chriſtū ⌊ a mortuis tercia die
qui viſus eſt ⌋ viuens ⌊ per dies multoſ ⌋
id eſt quadraginta ⌊ hiſ ⌋ id eſt apoſtoliſ
⌊ qui ſimul aſcenderant cū eo de galilea
in hieruſalē qui vſqꝫ nūc ſūt teſtes eiꝰ ad
plebem ⌋ per operationē miraculorum
in nomine ipſiꝰ ⌊ ⁊ nos vobis annuncia
mus eā que ad patres noſtros repmiſ/
ſio facta eſt ⌋ ſcilicet de chriſti incarnatio
ne ⁊ paſſione ⁊ eius reſurrectione ⌊ quo/
niā hanc deus adimpleuit filijs veſtris
reſuſcitans ieſum chriſtū.

Feria quarta paſce. Actuū. iij.

# A Periens petrꝰ

os ſuuꝫ dixit Uiri iſra
elite et qui timetiſ deū
audite. Deus abraam et deꝰ yſa
ac et deus iacob. deus patrū no
ſtrum glorificauit filium ſuuꝫ ie
ſum quem vos quidem tradidi
ſtis et negaſtis ante faciem pyla
ti iudicante illo dimitti. Uos au
tem ſanctum et iuſtum negaſtis
et petiſtiſ virum homicidam do
nari vobis. auctorem vero vite
interfeciſtis. quem deus ſuſcita
uit a mortuis. cuius nos teſtes
ſumus. Et nunc fratres ſcio qꝛ
per ignorantiam feciſtis ſicut et
principes veſtri. Deus autēꝫ qui
prenunciauit per os omniuꝫ pro
phetarum pati chriſtum ſuū im
pleuit ſic. Penitemini igitur et
cōuertimini vt deleantur pecca
ta veſtra.

Poſtilla.

# A Periens petrꝰ

os ſuum dixit Uiri ⁊c. Ante
initium illius epiſtole ſcri/
bit ſanctus Lucas in eodem capitulo ꝙ
ſanctus Petrus dixit ad quendam vi/
rum claudum ex vtero matris ſue. Ar/
gentum ⁊ aurum non eſt michi. quod
autem habeo hoc tibi do. In nomine ie/
ſu chriſti nazareni ſurge ⁊ ambula. qui
ſtatim ſurrexit ⁊ ambulauit. Et omnis
populus āmirabatur in eo qd̄ ꝯtigerat

illi. Tunc ſtatim ſequitur epiſtola hodi-erna.⌊ In diebus illis Aperiens petrus os ſuum dixit. viri iſraelite ⁊ qui timetiſ deum audite. Deus abraam ⁊ deus yſaac ⁊ deus Jacob ⌋ Ly. vtitur hoc modo loquendi quia cōmunis erat apud iudeos in aſſertionibuſ veritatis taliter iurare⌊ deus patrū noſtrū ⌋ qui eſt omnipotens⌊ glorificauit filium ſuum ieſuz ⌋ eum reſuſcitando ⁊ ad ſuam dextraꝫ collocando⌊ quem vos quidē tradidiſtis ⌋ ſcilicet pylato ad interficiendum.⌊ ⁊ negaſtis ante faciem pylati ⌋ dicendo non habemus regem niſi ceſarem ⌊ iudicāte illo ⌋ ſcilicet pylato⌊ dimitti ⌋ ſupple debere ieſum ſicut innocentem Joh. xix.⌊ voſ autem ſanctum ⁊ iuſtum negaſtis. ⁊ petiſtis virum homicidam donari vobiſ ⌋ ſcilicet barrabam qui propter ſeditionē ⁊ homicidium miſſus erat in carcerem.⌊ auctorem vero vite ⌋ ſcilicet ſpiritualis ⁊ corporalis⌊ interfeciſtiſ ⌋ in humanitate aſſūpta⌊ quē deus ſuſcitauit a mortuis ⌋ per ſuam omnipotentiam⌊ cuiꝰ nos teſtes ſumus ⌋ q̄ comedimus ⁊ bibimꝰ cum eo poſt reſurrectionē ſuam⌊ ⁊ nūc fratres ⌋ Lyra. dulciter eoſ alloquitur vt verbum eius magis recipiatur⌊ ſcio q̄ per ignorantiam feciſtis ſicut ⁊ principes veſtri ⌋ Lyra. Alia tamen fuit ignorantia hic ⁊ ibi. Nam principes q̇ erant litterati per ſcripturaſ que predicte erāt de chriſto per eius opera primo cognouerunt de ieſu nazareno ꝙ erat chriſtus in lege ⁊ prophetis promiſſꝰ. Sed quia cepit predicare contra vicia eorum publice. conceperunt contra eum inuidiaꝫ ⁊ odium ⁊ ſic in eis fuit ſubuerſa dicta noticia. quia corruptio affectionis corrumpit iudicium rationis. ⁊ in augmētum ſue malicie deceperunt populum ſimplicem inducentes eum ad petendū mortem chriſti. vt habetur Mat. xxvii. Principes autem ſacerdotum ⁊ ſeniores perſuaſerunt populis vt peterēt barrabam. ieſum vero perderent. Et ſic patet ꝙ ignorantia principum fuit multo grauior q̄ꝫ populorum⌊ Deꝰ auteꝫ qui prenunciauit per os omnium prophetarum ⌋ Glo. ordi. Uno ore locuti ſūt omnes prophete de chriſto⌊ pati chriſtum ſuum ſic impleuit ⌋ Penitemini igitur ⌋ quia feciſtis per ignorantiam⌊ ⁊ conuertimini ⌋ de malis veſtris.⌊ vt deleantur peccata veſtra ⌋

¶ Dominica prima poſt paſca. i. Johā. v.

Omne quod natum ē ex deo vincit mūdum Et hec eſt victoria que vincit mundū fides noſtra Quis eſt autem qui vincit mundum. niſi qui credit quoniam ieſus eſt filius dei. Hic eſt qui venit per aquam et ſanguinem ieſus chriſtus. Non in aqua ſolum ſed in aqua et ſanguine. Et ſpiritus eſt qui teſtificatur. quoniam chriſtus eſt veritas. Quia tres ſunt qui teſtimoniū dāt in celo. pater verbuꝫ. et ſpūſſanctuſ. et hi tres vnum ſunt. Et treſ ſunt qui teſtimonium dant in terra. ſpiritus. aqua. et ſanguis. Si teſtimoniū hoim accipimꝰ. teſtimoniuꝫ dei maiꝰ eſt. Quoniaꝫ hoc ē teſtimonium dei qđ maius eſt. quia teſtificatus eſt đ filio ſuo Qui credit in filium dei habet teſtimoniuꝫ dei patris in ſe.

¶ Poſtilla.

Omne quod natum eſt ex deo vincit ⁊c. Ante initium illius epiſtole ſcribit ſanctꝰ Johannes dicens. Hec eſt enim charitas dei. vt mādata eius cuſtodiamus ⁊ mā

data eius grauia non ſunt. Tunc ſequi-
tur epiſtola preſens [ Omne qḋ natum
eſt ex deo ⁊c. ] In illa epiſtola ſanct' Jo-
hannes cōmendat fidem catholicam. q2
nichil ea potentius nec nobilius nec vti
lius nec verius nec certius. ſicut patz in
textu ⁊ gloſa preſentis epiſtole. Unde di
cit [ Omne qḋ natum eſt ex deo ] Uin.
ſpirituali generatione. Hec autem ſpiri
tualis natiuitas fit per duo. Primo ba
ptiſmali lauacro. Secūdo ſpirituali re-
medio [ vincit mundum ] Lyra. tentatio
nes ⁊ perſecutiones mundi. [ Et hec eſt
victoria que vincit mundum ] Uincen-
tius. qua tentatio humana ſuperatur.
[ fides noſtra ] per fidem enim habitat
chriſtus in cordibus fidelium in quo eſt
victoria [ Quis eſt autez qui vincit mū-
dum. niſi qui credit quoniā ieſus eſt fili-
us dei ] ſcilicet naturalis ⁊ eiuſdem natu
re cum eo [ Hic eſt qui venit ] ſupple ad
ſaluandum homines [ per aquam ] ba-
ptiſmi [ ⁊ ſanguinem ] paſſionis ⁊ redē-
ptionis [ ieſus chriſtus. Non in aqua ſo
lum ] Uincentius. id eſt non ſanctifica-
uit aquam baptiſmi [ ſed in aqua ⁊ ſan-
guine ] que fluxerunt de latere in cruce
dedit virtutem etiā ceteris ſacramentis
Johan. xix. Unus militum lancea latus
eius perforauit. ⁊ continuo exiuit ſāguis
⁊ aq̄ [ Et ſpūſſanct' eſt qui teſtificatur ]
id eſt teſtimonium dedit [ quoniā chri-
ſtus eſt veritas ] id eſt verus deus ⁊ ve-
rus homo [ Quia tres ſunt qui teſtimo
nium dant in celo ] Uincentius de diui-
nitate chriſti [ pater. verbū. ⁊ ſpiritusſan-
ctus ] Pater in baptiſmo chriſti, dedit
teſtimonium de deitate chriſti vbi vox
patris audita eſt. Hic eſt filius meus di
lectus Matth. iij. Item in monte tranſ-
figurationis quando iterum vox patris
audita eſt. Hic eſt filius meus dilectus
Matth. xvij. Similiter verbum vniuz
carni in vtero virginis teſtimoniuz de-
dit ſue deitatis. Primo naſcendo d' vir
gine ſine corruptione virginis. Secun
do humanitate multa miracula facien
do que ſoli deo competebāt. Similiter
ſpiritusſanctus teſtimoniū dedit de dei
tate chriſti in baptiſmo quādo in ſpecie
columbe ſuper eum deſcendit [ ⁊ hi tres
vnum ſunt ] quantum ad eſſentie vnita
tez [ ⁊ tres ſūt q̄ teſtimoniū dāt in terra ]
ſupple de hūanitate chriſti q̄ d' terra forma
ta ē ſcḋm carnē [ ſpūs ] i. aīa quā emiſit in
cruce [ aq̄ ⁊ ſanguis ] q̄ fluxerūt de latere
ei' pendētis ī cruce [ Si teſtimoniū ho
minū accipim' ] ly. tāq3 ſufficiēs ī rebus
hūanis. Uñ de hoc habet' Deut. xix. In
ore duoꝝ vel triū teſtiū ſtabit omne ver
bū [ teſtimoniū dei ] ſ. patris [ maius eſt
q̄niā hoc eſt teſtimoniū dei qḋ mai' eſt
q2 teſtificat' eſt de filio ſuo ] ſ. in baptiſ
mo ⁊ trāſfiguratōe ſicut iā dictū eſt [ q̄ cre
dit ī filiū dei habet teſtimoniū dei patris
in ſe ] ꝙ verꝫ teſtificat' ſit de filio ſuo.

## Dominica ſecūda poſt feſtum paſce. j. Petri. ij.

Chriſtus paſſus
ē pro nobis vobis relin
quens exēplū vt ſequa
mini veſtigia ei' Qui peccatū nō
fecit. nec inuent' eſt dol' ī ore ei'
Qui cū malediceretur nō male
dicebat. Cū pateretur non cōmi
nabatur. Tradebat autem iudi
canti ſe iniuſte. Qui peccata no
ſtra ipſe pertulit in corpore ſuo
ſuper lignuz. vt peccatis mortui
iuſticie viuamus. cuius liuore ſa
nati eſtis. Eratis enī ſicut oues
errantes. ſ3 cōuerſi eſtis nūc ad
paſtorē et epiſcopū aīarū vrārū

Chriſtus paſſus
eſt p nobis ⁊c. Ante initiū il-
li' ep̄le ſcribit ſanct' petrus.

dicēs. Serui ſubditi eſtote ī omni timo
re dn̄is veſtris. nō tantū bonis ⁊ mode-
ſtis. ſꝫ etiā diſcolis. Hec eſt enī grā dei in
chriſto ieſu. Tūc ſequit̄ pſens epl'a ī qua
ſanctꝰ petrꝰ ꝓponit nobis chriſti paſſio
nē. q2 iā paſcali tpe plus ſeuit hoſtis no-
ſter dyabolꝰ ꝯ nos vt noſ ecōuerſo ī ſuā
redigat ptātem. ſꝫ paſſio chriſti ē ſcutū ꝯ
oīa tentamēta viciorꝝ. Armamur aūt ꝑ
chriſti paſſionē ꝯ ſupbiā. q2 chriſtꝰ hūi-
lis ⁊ abiectꝰ nudꝰ ⁊ nouiſſimꝰ virorū in
cruce pepēdit. Itē ꝯtra auariciā. q2 tātū
ꝓprium nō habuit vbi caput reclinaret.
Mat. viij. Itē cōtra gulā. q2 aceto ⁊ felle
potatꝰ. Cōtra luxuriā. q2 flagellatꝰ eſt ⁊
cū ſpinis coronatuſ. Itē ꝯtra accidiā. q2
exultauit vt gigas ad currendū viā. ps.
xviij. ſ. paſſionis. Itē ꝯtra irā. q2 male eū
tractantibꝰ ū cōminabat̄. Itē ꝯtra inui-
diā. q2 ꝓ ſuis crucifixoribꝰ orauit. Unde
epl'a ⁊ euāgeliū ꝯcordāt. q2 euāgeliū loq̄
tur de bono paſtore. ſilr epl'a dicit quō
chriſtꝰ ꝓ ouibꝰ ſuis mortuꝰ ē. Uñ petrꝰ
apl's dicit in verbis pmiſſis ⌊ Chriſtꝰ paſ
ſus ē ꝓ nobis ⌋ vin. i. penā mortis etne
hūano generi debitā exoluit ꝑ ſuā paſſi-
onē ⌊ vobis relinquēs exēplū ⌋ qđ ſpattē
dere ⁊ aſpicere debetis ⌊ vt ſeqmini veſti
gia eiꝰ ⌋ vin. q̄ fuerūt vie hūilitatis patiē
tie ⁊ obediētie ⁊ charitatiſ vſqꝫ ad mortē
⌊ q̄ peccatū nō fecit ⌋ vin. imo nec facere
potuit. q2 deꝰ erat ⌊ nec inuētꝰ eſt dolꝰ in
ore eiꝰ ⌋ i. in ſmone eiꝰ. q2 veritas ē ⌊ q̄ cū
malediceret̄ ⌋ goz. i. blaſphemaret̄ ī cruce
pendēs. qñ iudei dixerūt Uach q̄ deſtru
iſ templū dei. Si filiꝰ dei es deſcēde nūc
de cruce. Alios ſaluos fecit ſeipm nō pt
ſaluū facere ⌊ nō maledicebat ⌋ ſꝫ orabat
patrē ꝓ eis. d. pater ignoſce illis q2 neſci-
unt qđ faciūt. Lu. xxiij. ⌊ Cū pateret̄ ⌋ vin.
mortiſ ſupplicīū ī cruce ⌊ ū cōminabat̄ ⌋
ſupple crucifixoribus ſuis ꝑ eternā penā
vel tpalē. ſꝫ plꝰ ſalutē eorꝝ ſitiebat. d. ſitio.
Joh. xix. ⌊ Tradebat aūt ⌋ i. tradi ſe pmit

tebat ſpōte ⌊ iudicāti ſe iniuſte ⌋ ly. i. pyla
to q̄ iudeorꝝ fauore ⁊ ceſaris timore ꝯdē-
nauit eū iniuſte ad mortē ⌊ q̄ pctā noſtra
ptulit in corpe ſuo ⌋ ly. ꝑ ipīs debita ſuſti
nēdo ⌊ ſup lignū ⌋ crucis in q̄ affixꝰ erat.
Et hoc fecit iō ⌊ vt peccatis mortui ⌋ i. a
peccatis ſepati ⌊ iuſticie viuamꝰ ⌋ ſ. chri-
ſto ieſu ⌊ cuiꝰ liuore ⌋ i. paſſione ⌊ ſanati
ſumꝰ ⌋ a pctōꝝ infirmitatibꝰ ⌊ eratis enī
aliqñ ⌋ i. ante ꝯuerſionē ⌊ ſic oues erran-
tes ⌋ goz. ſine paſtore ⌊ ſꝫ ꝯuerſi eſtiſ nūc ⌋
ſ. ſpū ſancto coopante ⌊ ad paſtorē ⌋ i. ad
chriſtū q̄ paſcit vos corpe ⁊ ſanguīe ſuo
⌊ ⁊ epm aiaꝝ veſtraꝝ ⌋ ly. eaꝝ ſaluti ſup
intendēdo ⁊ eas a malo cuſtodiendo.

## Dominica tercia poſt feſtum paſce. j. Pe. ij.

Obſecro uos tā
quā aduenaſ et peregri
nos abſtinere voſ a car
nalibꝰ deſiderijs que militāt ad
uerſ' aīaz. Cōuerſatōez vrāz inter
gētes habētes bonā. vt in eo qđ
detractāt de vobis tāquā de ma
lefactoribꝰ. ex bonis operibꝰ voſ
cōſiderātes glificēt deū in die vi
ſitatōis. Subiecti eſtote oī hūa
ne creature ꝓpter deū. Siue re
gi quaſi precellēti. ſiue ducibꝰ tā
quā ab eo miſſis ad vindictā ma
lefactorū. laudē vero bonorum.
Q2 ſic ē volūtas dei vt benefaci
entes obmuteſcere faciatis im
prudentium hominum ignoran
tiam. Quaſi liberi et nō quaſi ve
lamen habentes malicie liberta
tem. ſed ſicut ſerui dei. Omnes
honorate. fraternitatem diligite
deum timete. regem honorifica
te. Serui ſubditi eſtote in omni
timore dominis. nō tantū bonis

et modeſtis ſ; etiã diſcolis. Hec
eſt eni; gratia dei in chriſto ieſu
domino noſtro.

OBſecro vos tã
q̃; aduenas ⁊ ꝛc. Añ initiũ illi
us ep̃le ſcribit ſanct⁹ petr⁹. d.
Qui aliqñ nõ popul⁹ dei. nũc aũt ꝓplus
dei. Qui nõ cõſecuti miſericordiã. nunc
aũt miſericordiã ꝯſecuti. Tũc ſtatim ſe-
quit̃ p̃ſens ep̃la | Obſecro vos ꝛc | Sed
ex q̃ modo eſt tp̃s maij aptũ medicinis
corpalib⁹. Iſto modo hab; ſe eccl'ia iſto
tp̃e q̃d eſt aptũ medicine ſp̃uali q̃ multo
pl⁹ eſt deſiderãda ⁊ q̃rẽda q̃; medicina
corpalis. q2 ſanitatẽ eternã cõſeruat. Et
oñdit nobis magnũ medicũ animaru;
beatũ petꝛ. cui⁹ medicinã ſi fuerim⁹ imi
tati quã nobis in ep̃la hodierna ꝓponit
eternaliter ſani erim⁹. Et ad iſtã medici
nã ſumendã maxime illo tp̃e hortat̃ nos
idẽ medic⁹ beat⁹ petr⁹ ap̃ls dicẽs | Ob
ſecro vos tanq̃; aduenas ⁊ ꝑegrinos |
ly. ſ. a ciuitate celeſti. Heb. xiij. Non ha-
bem⁹ hic manentẽ ciuitatẽ. ſ; futurã in-
quirim⁹. ideo ꝑegrini ſum⁹ | abſtinere
vos a carnalibus deſiderijs | i. ab his q̃
carnis ſũt ſicut opa gule. luxurie | q̃ mili
tant aduerſus aĩa; | reddẽtes eã fetida;
imo mortẽ eternã inferũt. Ap̃ls. Si ſm
carnẽ vixeritis moriemini Ro. viij. | cõ-
uerſationẽ veſtra; inter gentes | i. inter
viuẽtes gentiliter. q2 multi chriſtiani gẽ-
tiliter viuũt licet fidẽ habeãt tñ nõ opa.
| habẽtes bonã | nõ ad ꝓpriã laudem.
ſed ad laudẽ dei ⁊ ꝓximi edificatõe; | vt
in eo q̃ detractãt de vobis | Vn. i. detra
ctorie loquunt̃ de vobis | tanq̃; de male
factorib⁹ | ac ſi eſſetis malefactores. | ex
bonis opib⁹ | q̃ facitis | vos ꝯſiderãtes |
i. diligenter intuẽtes | glorificẽt deũ | oĩs
boni auctorẽ | in die viſitatõis | i. in die
iudicij q̃ erit in futuro qñ viſitabunt̃ bo
ni p̃mio mali ſupplicio | ſubiecti eſtote
omni humane creature | i. omni homi-
ni in poteſtate ꝯſtituto. | ꝓpter deu; |
Vn. i. in cognitõne iſti⁹ q̃ oĩs poteſtas
ſit a deo | ſiue regi q̃ſi p̃cellenti | i. qui eſt
maior ⁊ p̃cellens alios in dignitate ⁊ po
teſtate | ſiue ducib⁹ | i. inferiorib⁹ recto-
rib⁹ | tanq̃; ab eo | i. a rege | miſſis ad vi-
dictã | i. ad penã | malefactoꝝ. laudẽ vo
bonoꝝ | i. remuneratõis glorie. | Quia
ſic eſt voluntas dei | ſ. vt ita faciatis | vt
benefaciẽtes | i. bene ꝯuerſantes | obmu
teſcere faciatis | ſ. ſubtrahẽdo illis mate
riã loquẽdi ⁊ detrahẽdi | imprudentiu;
hoĩm ignorantiã | q2 ignorãtes bonita-
tẽ vrã; detrahebant vob | q̃ſi liberi | ſ. ex
amore ñ ex timore ſuiatis | ⁊ nõ q̃ſi vela
mẽ hñtes malicie libtatẽ | vt ſic libertas
eẽt vobis occaſio ⁊ excuſatio mala ĩ pec-
catis. vt. ſ. tãto liberi⁹ peccetis q̃to min⁹
iugo ſuitij p̃mimini | ſ; ſic ſui dei | ſitis
hũiliẽ ſuientes | oẽs honorate | vnũ quẽ
q̃; ſm ſtatũ ſuũ honore reuerẽtie | frater
nitatẽ diligite | i. fratrib⁹ affectuoſã cor-
de ore ⁊ ope exhibete | deum timete | ſ. ti
more filiali nõ ſuili. | regẽ honorificate |
ly. inq̃ʒtũ gerit ꝑſonã dei | ſui ſubditi | i.
obediẽtes | eſtote ĩ timore | i. reuerentia
| dñis | ſupple vrĩs | ñ tantũ bonis | i. vir
tuoſis | ⁊ modeſtis. ſ; etiã diſcolis | i. indi-
ſciplinatis | h̃ eſt eni grã dei | ly. i. res gra
tioſa corã deo | ĩ chriſto ieſu dño noſtro

Domica. iiij. poſt paſca. Jac. j.

OMne datũ op
timu; et omne donum
perfectũ deſurſũ eſt de
ſcendens a patre luminu; apud
quẽ nõ eſt trãſmutatio. nec viciſ
ſitudinis obumbratio. volunta
rie ei genuit nos verbo veritatiſ
vt ſimus initium aliq̃d creature
eius. Scitis fratres mei dilectiſ
ſimi. Sit aũt omis homo velox
ad audiendu;. tardus autem ad

loquendū.et tardus ad iraꝫ.Jra
enī viri iuſticiā dei nō operatur.
Propter qd̄ abijciētes omnem
immundiciā et abundantiaꝫ ma
licie in manſuetudīe ſuſcipite in
ſitū verbū qd̄ poteſt ſaluare ani
mas veſtras.

**OMne datū op**
timū ⁊ omne donū ⁊c. An
te initiū illi⁹ ep̄le ſcribit ſan
ctus Jacobus.d.Peccatū cū ꝯſumma
tū fuerit generat mortē.Nolite itaqꝫ er
rare fratres mei dilectiſſimi.Sequit̄ ſta
tim p̄ſens ep̄la in q̄ ſancta mater eccl̄ia
oſtēdit p verba beati Jacobi apoſtoli ꝙ
medicina ſp̄ualis nullibi querēda ſit ni
ſi apud deū datorē ei⁹ a q̄ deſcēdit.⁊ hec
medicina ē optima.q2 ad optimā ⁊ eter
nā ſanitatē pducit vite eterne.vbi eſt cla
ra viſio eterne trinitatis in q̄ oīa cogno
ſcunt̄.Vn̄ dicit̄ |Omne datū optimū|
qd̄ eſt bonū meritoriū.faciēs hoīeꝫ vite
eterne dignū| ⁊ omne donū pfectū |id ē
bonū glorie q̄ habito nil remanet impfe
ctū| deſurſū eſt |Gor.a deo nō ab hoīe.
|deſcendēs a patre luminū |Vin.a quo
oīs hō illuminat̄ Joh.j.Erat lux vera q̄
illuminat omnē hoīeꝫ venientē in hunc
mundū| apud quē nō eſt trāſmutatio |
q2 omnino imutabilis eſt Malach.iij.
Ego de⁹ ⁊ nō mutor| nec viciſſitudinis
obumbratio |Vin.i.obſcuratio intelli
gentie p ſucceſſiōes cognitionū ſicut fit
in nobis.q2 ipe vna ⁊ eadē ſentētia et co
gnitione oīa intelligit.Gor.Nō enī ſuc
cedūt in eo viciſſim bona ⁊ mala.q2 ſola
bona dat.mala aūt culpe nō dat Glo.in
terli.vbi viciſſitudo ibi ⁊ bona ⁊ mala.ſꝫ
ipe ſola bona dat| volūtarie |i.gratis ſi
ne meritis| genuit nos |filios gratie.q̄
pri⁹ eram⁹ filij ire| verbo veritatis |id ē
euāgelij chriſti q̄ veritas eſt| vt ſim⁹ ini
tium aliqd̄ |i.caput| creature ei⁹ |ſ.prī
cipatū habēdo in oīb⁹ creaturis eius in
ferioribus recupando principatū p grati
am quā primi parētes perdiderūt p cul
pā |Scitis |i.ſcire debetis| fratres mei
dilectiſſimi |ſ.hoc ꝙ| Sit oīs hō velox
ad audiendū |ea q̄ ſūt ſalutis| tard⁹ aūt
ad loquendum |id eſt cauere ſe debet a
multiloquio.quia ſapientie dicitur.Jn
multiloquio non deerit peccatuꝫ| ⁊ tar
dus ad iram |Ly.Nam ira mentis ocu
luꝫ excecat.Catho.Jra impedit animuꝫ
ne poſſit diſcernere verum |ira enī viri |
Gor.id eſt fortis ⁊ deliberata.Nō dicit
ira pueri q̄ cito trāſit| iuſticiam dei non
operatur |Vin.id eſt impedit executio
nem iuſticie| propter qd̄ abijciētes om
nem immundiciā |Vin.id eſt peccatuꝫ
carnis| abundantiā malicie |id ē omne
peccatum mortale qd̄ efficit hominem
malum| in manſuetudine |id eſt in om
ni tranquillitate animi| ſuſcipite inſituꝫ
verbū |Ly.id eſt verbū fidei qd̄ mentib⁹
humanis debet inſeri.Vuilhelm⁹.Sic
enī ramuſcul⁹ qui trunco agreſti inſeri
tur totū truncum operari facit ſm̄ natu
ram ſuā.⁊ cum prius non ferret niſi fru
ctus agreſtes ſolis porcis vtiles.poſtea
fert fruct⁹ hominibus delectabiles.Sic
homo qui ante ſuſceptionē verbi dei in
utilis erat faciens opera cum quib⁹ por
ci infernales paſcuntur.Poſt ſuſceptō
nem verbi dei erit arbor ferens fructum
gratum deo ⁊ hominib⁹ ⁊ angelis| Qd̄
poteſt ſaluare animas veſtras |Vuilh.
Verbū dei potens eſt ſaluare animas ī
preſenti ⁊ in futuro.Jn preſenti a morte
culpe.Vnde ps.cxviij.Jn corde meo ab
ſcondi eloquia tua vt non peccem tibi.
Jn futuro vero a morte iehenne Johā.
viij.Amen amen dico vobis ſi quis ſer
monem meū ſeruauerit mortē nō vide
bit in eternum.

Dominica quinta poſt paſce.
Jacobi.j.

**Eſtote factoreſ** verbi dei et nō audito res tantū fallētes voſmetipſos. qꝛ ſi quis auditoꝛ eſt verbi et nō factoꝛ. hic cōparabitur viro cōſiderāti vultū natiuitatiſ ſue i ſpeculo. Cōſiderauit ei ſe et abijt. et ſtatiꝫ oblitꝰ eſt qualꝭ fuerit. Qui aūt perſpexerit i lege perfecte libertatis et permāſerit i ea nō auditoꝛ obliuioſꝰ factꝰ. ſꝫ factoꝛ operis. hic beatꝰ in facto ſuo erit. Si quis aūt putat ſe religioſū eſſe nō refrenāſ linguā ſuā ſꝫ ſeducēs coꝛ ſuū. huiꝰ vana eſt religio. Religio mūda et immaculata apud deū et patrē. hec ē. viſitare pupillos et viduas in tribulatōne eoꝝ. et immaculatū ſe cuſtodire ab hoc ſeculo.

**Eſtote factoreſ** verbi dei ⁊ nō au. ⁊c. Ante initiū illiꝰ eplē ſcribit ſanctꝰ Jacobꝰ. d. Sit oīs hō velox ad audienduꝫ. tardꝰ aūt ad loquendū. ⁊ tardꝰ ad iram Tūc ſequit̄ epl'a hodierna. Eſtote factores verbi ad ꝓficiendū in bono. neceſſariū eſt audire verbū dei ſicut in p̄cedēti dñica dictū eſt. Sꝫ qꝛ modicū valet audire verbū dei niſi ope cōpleat̄. Jdeo in p̄ſenti epl'a ſanctuſ Jacobꝰ nos inſtruit vt qd̄ nos audimꝰ ꝑ opa cōpleamus. d. Eſtote factores verbi dei. Un. i. de ſꝫm verbū dei opamini ⁊ nō auditores tantū. Glo. nō ſolo auditu pcipite verbuꝫ. ſed ope implete. fallētes voſmetipſos. Glo. ſi ꝑ ſolū auditū vos ſaluādos putatis. qꝛ ſi quis auditoꝛ eſt verbi ⁊ nō factoꝛ hic compabit̄ viro ꝯſiderāti vultuꝫ natiuitatis ſue in ſpeculo. Goꝛ. quē habet a natiuitate vel a natura. ſ. vultū coꝛporalē in q̄ natꝰ eſt. ꝯſiderauit enī ſe. i. imaginē ſuā ⁊ abijt. ſupple ad negocia ſua ꝯuertēdo ſe a ſpeculo. ⁊ ſtatī oblitꝰ eſt q̄lis fuerit. ſupple diſpoſitio vultꝰ ſui Goꝛ. pro tanto ponit̄ hic hec ſimilitudo qꝛ ſicut nichil ꝓdeſt homini in ſpeculo vidiſſe maculā ſui vultꝰ ſi illā nō abſtergit. ſic homini nichil ꝓdeſt audire v̄buꝫ p̄dicatōis. niſi illud impleat ope. Nota verbū p̄dicatōis eſt ſicut ſpeculū in quo hō cognoſcit defectꝰ ſuos. Qui autē ꝑſpexerit i lege ꝑfecte libertatis. i. in lege euāgelica q̄ dicit̄ lex libertatis. qꝛ reſtituit libertati a culpa. in p̄ſenti ꝑ gratiā inſationiſ. ⁊ a miſeria. in futuro ꝑ gloꝛiam immoꝛtalitatis. ⁊ ꝑmāſerit in ea. ſꝫm eā viuēdo. nō auditoꝛ obliuioſus factꝰ. ſꝫ factoꝛ opis. ſ. implēdo qd̄ docet euāgeliū. hic beatꝰ in facto ſuo. i. ex ope ſuo erit. Si q̄ſ aūt putat ſe religioſū eē. ſ. verꝫ ⁊ ꝑfectū chꝛiſtianū eſſe. nō refrenāſ linguā ſuā. Un. a verbis impudicicie detractōis maledictōnis blaſphemie ⁊ mendacij. ſꝫ ſeducens coꝛ ſuū. in hoc ꝙ putat ſe hoc eſſe in coꝛde qd̄ nō eſt in re. huiꝰ vana eſt religio. nichil habēs i ſe veritatis. religio. Goꝛ. chꝛiſtiana. mūda. ſ. in coꝛdis intentōne. ⁊ imaculata. in opis executōe. apud deū ⁊ patrē. ſcꝫ accepta. hec ē. viſitare pupillos. coꝛpaliter in ꝯſolatōe verboꝝ. ⁊ erogatōe munerꝫ. ⁊ ꝓtectōe maloꝝ. ⁊ viduas in tribulatōe eaꝝ. ſ. tā coꝛpali q̄ꝫ ſpūali. ⁊ imaculatū ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. inquinato. Ly. ſenſus eſt ꝙ religio chꝛiſtiana eſt exercere ſe in opibꝰ miſericoꝛdie erga ꝓximū ⁊ in opibꝰ mūdicie erga ſeipm.

**Dominica rogationū. Ja. vl.**

**Confitemini al**terutrū peccata veſtra et oꝛate ꝑ inuicē vt ſaluemini. Multū eī valꝫ depꝛecatō iuſti aſſidua. Helyas hō erat ſimilis nobis paſſibilis. et oꝛatōe

orauit vt nō plueret ſuper terraꝫ
et nō pluit annos tres et mēſes
ſex. Et rurſū orauit et celū dedit
pluuiā et terra dedit fructū ſuuꝫ
Frēs mei ſi quis ex vobis erra
uerit a veritate et cōuerterit qs
eū. ſcire dꝫ quoniā qui cōuerti fe
cerit peccatorē ab errore vie ſue
ſaluabit aīam eiꝰ a morte. et ope
rit multitudinē peccatorū.

**C**Onfitemini al
terutrꝫ peccata ⁊c. Ante ini-
tiū illiꝰ epl'e ſcribit ſanctus
Jacobꝰ dicēs. Infirmať qs in vobis in-
ducat pſbiteros eccl'ie ⁊ orent ſup eū. vn
gentes eū oleo in noīe dñi. Et oratio fi-
dei ſaluabit infirmū ⁊ alleuiabit eū dñs
Et ſi in peccatis ſit dimittenť ei. Tūc ſeq
tur epl'a pſens [ Cōfitemini alterutrꝫ pec
cata veſtra ] nō aliena [ ⁊ orate ꝑ inuicē ]
Ly. nā ꝯfeſſor teneť orare ꝓ ꝯfitēte ⁊ eco-
uerſo [ vt ſaluemini ] qr petendū eſt qđ
ꝑtinet ad ſalutē [ multū enī valet depca-
tio iuſti aſſidua ] Gor. nō peccatoris. qr
peccatores nō ſūt digni vt exaudiantur
Joh. ix. Scimꝰ quoniā peccatores deuſ
nō exaudit [ Helyas erat hō ſimilis no-
bis paſſibilis ] i. fragilis. nā timore mor-
tis fugit a facie Hieſabelis. iij. Reg. xix.
qr nondū in padiſuꝫ trāſlatꝰ [ ⁊ oratōe ]
ſcꝫ vna [ orauit ] corde ⁊ ore [ vt nō plue-
ret ſup terrā ] ſ. iſrael ſpeāliter [ ⁊ nō plu-
it annos tres ⁊ mēſes ſex ] ly. nā ꝓpť mali
ciaꝫ regis achas fuit illa plaga inducta
ad domandā ipſius ſupbiā ⁊ ydolatrie
duriciā [ rurſū orauit ] Glo. poſtqꝫ per
tanti tpis media cor regis ⁊ populi ad
penitētiā inflexū vidit. Tūc rurſū orauit
ſemel ⁊ celū dedit pluuiā ⁊ tra dedit fru
ctū ſuū Si ergo helyaſ vna orōe tāta im
petrauit. qđ ergo multi fideles multis
orōibꝰ īpetrare nō valēt [ Frēs mei ſi qs
aūt ex vobis errauerit a veritate ] Ly. fi-
dei vel morꝫ [ ⁊ cōuerterit qs eū ] Ly. i. ad
viā veritatis reduxerit [ ſcire debet qniā
q ꝯuerti fecerit peccatoreꝫ ab errore vie
ſue ] Gor. i. vite. Nā vita noſtra eſt qđā
via aut in infernū ſi eſt mala. aut in pa-
diſū ſi eſt bona [ ſaluabit aīam eiꝰ a mor
te ] Gor. eterna. Si magne mercedis eſt
a morte eripere corpꝰ cito moriturꝫ quā
ti meriti eſt a morte liberare aīaꝫ in cele
ſti patria ſine fine victurā [ Et operit mľ
titudinē peccatorꝫ ] ab aſpectu eterni iu
dicis ad ea punienda.

¶ In die aſcēſionis domini
Actuū. i.

**P**Rimū quidem
ſermonē feci de oībus o
theophile que cepit ieſꝰ
facere et docere vſqꝫ in dieꝫ qua
precipiens apl'is per ſpiritūſan
ctum quos elegit aſſumptus eſt
Quibus et prebuit ſeipſum viuū
poſt paſſionē ſuam in multis ar
gumentis per dieſ quadraginta
apparēs eis et loquēs de regno
dei. Et conueſcens precepit eis
ab hieroſolimis ne diſcederent.
ſed expectarent promiſſionē pa
tris quā audiſtis inquit per os
meū. qr iohannes quidē baptiza
uit aqua. vos aūt baptizabimini
ſpūſancto. nō poſt multos hos
dies. Igitur qui cōuenerāt inter
rogabāt eū dicētes. Domine ſi i
tempore hoc reſtitueſ regnū iſrľ
Dixit aūt eis. Nō eſt veſtrū noſ
ſe tēpora vel momēta que pater
poſuit in ſua ptāte. Sꝫ accipietiſ
virtutē ſuperueniētis ſpūſſancti
in vos. Et eritis michi teſtes in
hieruſalē et ī omī iudea et ſama
ria et vſqꝫ ad vltimū terre Et cū
hec dixiſſet. videntibus illis ele
uatus eſt. et nubes ſuſcepit eum

ab oculis eoꝝ. Cūq̄ȝ intuerētur
in celū euntem illū. ecce duo viri
aſtiterūt iuxta illos in veſtibꝰ al
bis. qui et dixerunt. Viri galilei
quid ſtatis aſpicientes in celum.
Hic ieſus qui aſſūptꝰ eſt a vobiſ
in celū. ſic veniet quēadmodum
vidiſtis eū euntē in celum.

Primū quidē ſermonē feci ⁊c. Notandū ꝙ
chriſtꝰ dn̄s noſter aſcēdere
volēs. Primo diſcipulis ſuis apparuit
⁊ eos de incredulitate eoꝝ redarguit et
cū eis comedit. ⁊ eos extra ciuitatē ī mō
tem exire ꝓcepit. Ubi eū viderūt aſcēde
re poſt. xl. dies a reſurrectōe cōputando
ſicut manifeſte habet in ep̄l'a ⁊ etiam in
euāgelio hodierne feſtiuitatiſ. Un̄ dicit
ſanctus Lucas in ep̄l'a p̄ſenti q̄ habet in
principio actuū ap̄loꝝ [ Primū quidē
ſermonē feci ] .ſ. in euangelio qd̄ ego ſcri
pſi [ de oībꝰ ] ly. nō dicit oīa. q2 oīa facta
chriſti nō poſſūt p ſingula ſcribi. ſm̄ qd̄
dicit Joh̄. vlt. Sūt aūt ⁊ alia multa q̄ fe
cit ieſus. q̄ ſi ſcribant p ſingula. nec ipm̄
arbitror mundū cape eos q̄ ſcribēdi ſūt
libros. Sȝ notanter dicit [ de oībꝰ ] q2 de
ptinentibꝰ ad chriſti ꝯceptōeȝ. natiuita
tē. vitā ⁊ mortē. reſurrectōeȝ ⁊ aſcenſiōeȝ
aliq̄ ſcripſit [ O theophile ] hic erat q̄dā
ep̄s aſie cui ſcripſit euangeliū. ⁊ eidē ſcri
pſit hūc libꝝ. ſ. actꝰ apoſtoloꝝ. de q̄ libro
p̄ſens ep̄l'a ſumpta eſt [ q̄ cepit ieſus face
re ⁊ docere ] Ly. bn̄ eni docere ⁊ male vi/
uere nichil aliud eſt q̄ȝ ſe ſua voce dam/
nare [ vſq̄ȝ in diē ] .ſ. aſcēſionis ſue [ q̄ p̄ci
piens ap̄lis p ſpūm ſanctū ] Ly. ꝙ p̄dica/
rent euangeliū p vniuerſuȝ orbē [ quos
elegit ] p̄ ceteris ad hoc officiū apoſtola
tus [ aſſumptꝰ eſt ] de terra ad celū ī ſua
humanitate [ Quibus ⁊ p̄buit ſeipm̄ vi
uum poſt paſſionē ſuā in multis argu:
mentis ] q2 comedit cū eis ⁊ palpabilē p
buit ſe eis. ⁊ ſic de alijs argumētis [ p di/
es. xl. apparens eis ] qd̄ ſic nō eſt intelligē
dum. ꝙ in illis quadraginta diebꝰ conti
nue fuerit cū eis. Sed in illo tp̄is ſpacio
frequēter eis apparuit [ ⁊ loquens de re/
gno dei ] .i. de beatitudine celeſti [ ⁊ cōue
ſcens ] .i. comedens cū ap̄lis apparuit eiſ
recūbentibꝰ in die aſcēſionis. vt patȝ in
euāgelio hodierno [ p̄cepit eis ab hiero
ſolymis ne diſcederēt ] Ly. donec p ſpiri
tum ſanctū redderent apti ad publican/
dum euangeliū [ ſed expectarēt promiſ/
ſionē patris. quā audiſtis inq̄t p os me
um ] Joh̄. xiiij. Paraclitus aūt ſpiritus
quē mittet pater in noīe meo. ille voſ do
cebit oīa. ſ. neceſſaria vobis ⁊ alijs ad ſa/
lutē [ q2 iohānes quidē baptizauit aq̄ ]
ly. ſolū. Nō ei9 baptiſmꝰ gratiā nō ꝯfere
bat [ vos aūt baptizabimini ſpū ſancto ]
hoc eni intelligendū eſt de receptōe ſpi/
ritus ſancti in ſigno viſibili. [ nō poſt mꝉ
tos hos dies ] .i. in diebuſ penthecoſtes.
[ igit qui ꝯuenerāt ] Glo. ordi. i. p̄ſentes
aderāt [ interrogabāt eū dicētes. Dn̄e ſi
ī tp̄e hoc reſtitues regnū iſrael ] Sciēdū
ſm̄ Nicolaū de ly. ꝙ multi de diſcipuliſ
chriſti. de regno eiꝰ adhuc carnalit ſenti
ebant. vtpote nondū recepta ſpū ſancti
gratia eſtimantes ipm̄ temporaliter re/
gnaturꝝ. propter qd̄ filij zebedei petierūt
ꝙ vnus ad dextram. alius ad ſiniſtram
ſederent. Et credebāt regnū temporale
qd̄ ablatum erat a iudeis per romanos
ſtatim reſtituendū. ideo queſierūt. Do
mine ſi in tp̄e hoc reſtitues regnū iſrael.
Et quoniā hec q̄ſtio erat ſtulta. ideo re/
pulit eam. Un̄ ſequit [ dixit aūt eis. non
eſt veſtrum noſſe tp̄a vꝉ momenta que
poſuit pater in ſua poteſtate ] .q.d. nō p/
tinet ad vos hoc ſcire vel querere [ ſȝ ac/
cipietis virtutē ſuperuenientis ſpirituſ/
ſancti in vos ] ad conſtanter ⁊ efficaciter
euangelium predicandū p orbē vniuer/
ſum [ ⁊ eritis michi teſtes ] Glo. ordina.

reſurrectōis mee verbo ⁊ exēplo ⁊ ſigniſ
⌊in hieruſalē ⁊ in omni iudea ⁊ ſamaria
⁊ vſqꝫ ad vltimū terre. Et cū hec dixiſſet
videntibꝰ illis eleuatꝰ eſt ⌋de terra ad ce
lū⌊ ⁊ nubes ſuſcepit eū ab oculis eorum.
Cumqꝫ intuerent̄ in celū euntē illū ⌋ ami
rantes aſcenſionē tā glorioſā.⌊ ecce duo
viri ⌋ .i. duo angeli in ſpecie viroꝝ⌊ aſtite
runt iuxta illos in veſtibꝰ albis ⌋ ad deſi
gnandū ſolēnitatē aſcēſionis huius ſm̄
Greg.⌊ q̄ ⁊ dixerūt. viri galilei ⌋ natione.
eſt enī galilea quedā ps iudee de q̄ erāt
apl̄i ſaltē p maiori pte⌊ qd ſtatis aſpiciē-
tes in celū ⌋ .q.d. Non putetis ꝙ ille am-
plius habitet vobiſcū ſicut ante fecit. Vi
debitiſ tn̄ eū in fine mūdi venientē ad iu
diciū. ideo ſequit̄⌊ hic ieſus q̄ aſſūptꝰ eſt
a vobis in celū. ſic veniet quēadmoduꝫ
vidiſtis eū euntē in celū ⌋ .i. ſicut aſcendit
in forma humanitatis. Glo. ſic ad iudi-
candum veniet.

¶ Dominica infra octauas aſcē
ſionis. j. Petri. iiij.

# Estote pruden

tes et vigilate in oratio
nibꝰ. Ante oīa aūt mu
tuā in vobiſmetipſis charitateꝫ
cōtinuā habētes. qꝛ charitaſ ope
rit multitudineꝫ peccatoruꝫ. Ho
ſpitaleſ inuicē. ſine murmuratōe
vnuſquiſqꝫ ſicut accepit gratiā i
alterutrū illā admīſtranteſ. ſicut
boni diſpenſatoreſ multiformis
gratie dei. Si quis loquitur qua
ſi ſermones dei. Si quis miſtrat
tanquā ex virtute quā āmīſtrat
deꝰ vt in oībꝰ honorificetur deꝰ
per ieſū chriſtū dominū noſtrū.

# Estote pruden

tes ⁊ vigilate in ora. ⁊c. Ante
initiū illiꝰ epl̄e ſcribit ſanctꝰ
Petrꝰ apls. d. Et reddēt rationē ei qui
patꝰ eſt iudicare viuos ⁊ mortuoſ. Tūc
ſequit̄ p̄ſens epl̄a in q̄ beatꝰ Petrꝰ hor-
tat̄ nos ad virtutes q̄ nos aptos faciunt
ad recipiendū ſpūm ſanctū dicēs⌊ Eſto-
te prudentes ⌋ Hor. .i. futura p̄uidentes.
Vn̄ deut. xxxij. Utinā ſaperēt ⁊ intellige
rent ac nouiſſima p̄uiderēt.⌊ ⁊ vigilate i
oratōibꝰ ⌋ Glo. ne animꝰ aliō cogitet q̄ꝫ
id qd̄ p̄cat̄. Nā iſto ſacro tp̄e deuotōi et
orationi vacare debemus. ⁊ hoc exēplo
marie matris chriſti ⁊ diſcipulorū. legit̄
eī ꝙ tp̄e medio inter aſcenſionē chriſti ⁊
miſſionē ſpūſſancti fuerūt cū ſanctiſ mu
lieribꝰ in oratōe expectātes ſpūm ſāctuꝫ
eis p̄miſſū. Vn̄ act. j. dicit̄. Hi oēs erant
vnanimiter cū mulieribus in orōe ⁊ ma
ria matre ieſu. ⁊ fratribꝰ ſuis. Exēplo er
go illoꝝ debēt fideles eſſe in tp̄e iſto in p̄-
paratōe ⁊ expectatōe ſpūſſancti intenti
p̄paratis eiꝫ debito modo dabit̄ ſpūſſan
ctus ad id qd̄ indigebunt. j. Cor. xij. vni
cuiqꝫ dat̄ manifeſtatio ſpūs ad vtilitatē
⌊ Ante oīa aūt mutuā in vobiſmetipſis
charitatē ꝯtinuā habētes ⌋ qꝛ charitaſ ex
cellentior eſt ceteris virtutibuſ. qꝛ cetere
virtutes ſine ea nichil valēt ad merituꝫ.
⌊ qꝛ charitas opit multitudinē peccato
rum ⌋ Hor. ne appareāt ad puniendum.
⌊ hoſpitales inuiceꝫ ⌋ Hor. .i. ſuſceptores
hoſpitū ⌊ ſine murmuratōe ⌋ ſꝫ hilariter
hoc facite⌊ vnuſquiſqꝫ ⌋ ſiue ſit de maio
ribus ſiue de mediocribꝰ ſiue de minori
bus⌊ ſicut accepit gratiā ⌋ Hor. .i. qdlibet
donū gratuitū.⌊ in alterutrū illā admi
niſtrātes ⌋ alijs cōmunicantes gratis ⁊
benigne. ſicut mēbra in vno corpe ſibi in
uicē ſeruiūt. Oculꝰ enī videt toti corpi.
⁊ peſ portat totū corpꝰ⌊ ſicut boni diſpē
ſatores multiformis gratie dei ⌋ Vin. .i.
multiformium donoꝝ gratuitoꝝ a deo
collatoꝝ. qꝛ nō debet eſſe diſpēſator par
cus vbi paterfamilias eſt largus.⌊ Si
quis loquit̄ ⌋ Ly. exhortatōis verba⌊ q̄ſi
ſermones dei ⌋ .i. totū bonum attribuat

deo ⁊ nō ſibiipſi [ Si qs miniſtrat ] egē-
tibus bona tēpalia [ tanq̄ȝ ex virtute quā
adminiſtrat deuſ ] .i. attribuat deo. q̄ de-
dit ſibi voluntatē ⁊ facultatē hoc faciēdi
[ vt in oībus ] verbis ⁊ factis veſtriſ [ ho
norificetᷣ deꝰ ] .i. totū fiet ad honorē deí.
[ p ieſum chriſtū dn̄m noſtꝝ ] qui eſt me
diator dei ⁊ hominū.

In die pētecoſtes. Actuū .ij.

**IN diebus illis dum**
complerentur dies pentecoſtes
erāt oēs diſcipuli pariter ī eodē
loco. Et factꝰ eſt repente de celo
ſonꝰ tanquā aduenientis ſpūs ve
hemētis et repleuit totā domū
vbi erāt ſedētes. Et apparuerūt
illiſ diſpertite lingue tāquā igniſ
ſeditq̄ȝ ſupra ſingulos eorū. Et
repleti ſunt oēs ſpūſancto et ce
perunt loqui varijs linguis ꝓut
ſpūſſanctꝰ dabat eloqui illꝭ. Erāt
aūt in hieruſalē habitātes iudei
viri religioſi ex omī natione que
ſub celo eſt. Facta aūt hac voce
cōuenit multitudo et mente con
fuſa eſt. quoniam audiebat vnuſ
quiſq̄ȝ lingua ſua illos loquētes
Stupebāt aūt oēs et mirabātur
dicētes. Nonne ecce oēs iſti qui
loquūtur galilei ſūt. Et quō nos
audiuimꝰ vnuſquiſq̄ȝ linguā no
ſtrā in qua nati ſumus. Parti et
medi et elamite et qui habitant
meſopotamiā iudeā et capadoci
am pontū et aſiā phrigiā et pan
philiā. egiptū et parteſ libie que
ē circa cyrenen. et aduene roma
ni. Iudei quoq̄ȝ et pſeliti. cretes
et arabes. Audiuimꝰ eos loquē
tes noſtriſ linguiſ magnalia dei

**IN diebus illis dum**
complerent̄ dies ⁊c. Ān initiū illius eplē
ſcribit ſanctꝰ Lucas. Qȝ poſt aſcenſiōē
chriſti .xj. aplī ꝯgregati ſtatuerūt duos
viros. ſ. Ioſeph q̄ cognominatꝰ eſt iuſtꝰ
⁊ matthiā ⁊ orātes dixerūt. Tu dn̄e q̄ cor
da noſti oīm. oſtēde quē elegeris vnum
ex his duobꝰ accipe locū miſterij huiuſ
⁊ apl̄atus. de q̄ ꝑuaricatus eſt iudas vt
abiret in locū ſuū. Et dederūt ſortes eis.
⁊ cecidit ſors ſup matthiā. ⁊ annumera-
tus eſt cū .xj. aplis. Et ſtatim ſequit̄ epl̄a
p̄ſens [ dū cōplerent̄ dies pentecoſtes ]
hodie celebrat ſancta mater eccleſia ſo-
lennitatē ſpūſſancti in q̄ chriſtꝰ ſe oſtēdit
eſſe deū. Nā priꝰ oſtēderat ſe eſſe dn̄m
terre ⁊ eorū q̄ in terra ſūt infirmos ſanā-
do. mortuos ſuſcitādo. Oſtēderat etiā
ſe dn̄m maris ⁊ eorū q̄ in mari ſunt. cū ſu
per mare ambulauit ⁊ mare ſolidū ſe ex
hibuit. Et cū ſtaterē in ore piſcis predixit
inueniēdū. Oſtēderat etiā ſe dn̄m infer-
ni ⁊ eorū q̄ in inferno ſunt qn̄ ꝯtriuit por-
tas inferni ⁊ oēs aīas de limbo inferni
eduxit. Oſtēderat etiā ſe dn̄m aeris ⁊ eo
rū q̄ in aere ſunt. Et etiā dn̄m celi ⁊ eorū
q̄ in celo ſunt. cū in die aſcēſionis ꝓpria
virtute aſcendit ꝑ aera. nube lucida ſibi
obſequēte. ⁊ aſſumptꝰ eſt in celū. Oſten
ſo ergo ꝙ erat dn̄s oīm. hodie oſtēdit ſe
verū deū. qn̄ ſpūmſanctū q̄ deꝰ eſt miſit
aplis. Hodie enī rex noſter ieſus chriſtꝰ
.xij. principes fecit aſſociās eis ſeptuagin
taduos milites. Principes fuerūt duo
decim apl̄i. Septuagintaduo militeſ fu
erunt ſeptuagintaduo diſcipuli chriſti
quos hodie adeo roborauit ꝙ ꝑ eos to-
tū mundū ſibi ſubiugauit. Ūn̄ verū. licȝ
magna ⁊ diuina fuerūt plane miracula
q̄ deꝰ geſſit in terris. Hoc tn̄ bonū ſuper
oīa alia emicuit. ꝙ in paucis ſimplicibꝰ
totū mundū ⁊ omnē ſapiētie altitudinē
ſibi ſubiugauit. Ūn̄ hic dicit̄ [ dū cōple-
rent̄ dies pentecoſtes ] .i. ly. a paſca cōpu
tando quinq̄ginta dies. Quinq̄geſima
nāq̄ȝ dies a paſcate ī q̄ iudei comedebāt

agnū paſcalē celebꝛis erat ī veteri teſta-
mēto apud iudeos in memoꝛiaꝫ bñficij
legis date. q̄ fuit data ī mōte ſynai quin
q̄geſima die a pncipio egreſſionis d egi-
pto. vt habet̄ Exo. xix. Et ɔuenienter illa
die infuſuꝫ fuit apl'is ſpūſſancti donū. ꝑ
qd lex euāgelica impꝛeſſa fuit ⁊ firmiter
radificata ī coꝛdibꝰ eoꝝ ⌊ erant aūt diſci
puli pⁱter ī eodē loco ⌋ .i. in cenaculo grā
di ſtrato vbi pꝛiꝰ chꝛiſtꝰ cū eis cenā fecit
Et nō ſolū apl'i. ſꝫ etiā alij fideles ⁊ mulie
res pⁱter in eodē loco. Et ipis ſic ɔgrega
tis inſimul coꝛde ⁊ aīo ⌊ factꝰ eſt repente
de celo ⌋ Vin. i. de aere ⌊ ſonꝰ tanq̄ꝫ adue
niētis ſpūs vehemētis ⌋ ly. i. venti vel to-
nitrui. Nō tñ apl'i ⁊ alij cū eis exiſtentes
fuerūt territi deo hoc faciēte ſignum qd
dabat eis ſpūſſanctꝰ q̄ eſt ɔſolatoꝛ coꝛdi
um ⌊ ⁊ repleuit totā domū ⌋ inſolita clari
tate ⌊ vbi erāt ſedētes ⌋ .i. manētes ⌊ ⁊ appa
ruerūt illis ⌋ viſibiliter oculis coꝛꝑalibꝰ.
⌊ diſꝑtite lingue ⌋ .i. diuiſe lingue ⌊ tanq̄ꝫ
ignis ⌋ .i. habentes coloꝛeꝫ ignis. Ad deſi
gnandū ſigno viſibili exteriꝰ. inuiſibileꝫ
gratiā ſpūſſancti receptā interiꝰ. ꝑ quaꝫ
eſſent feruidi ī amoꝛe dei. ⁊ eloquētes oī-
bus linguis ad publicatōeꝫ euāgelij ⌊ ſe-
ditq́ꝫ ſupꝛa ſingulos eoꝝ ⌋ .i. ſuꝑ quēlibꝫ
diſcipuloꝝ inſedit vnꝰ radiꝰ igneꝰ habēs
figurā linguaꝝ ⌊ ⁊ repleti ſūt oēs ſpūſan
cto ⌋ Vin. ſic q corda eoꝝ penitꝰ illuſtra-
ta ſūt gratia ſpūſſancti. Sic q hodierna
die diſcipuli receperūt ſpūmſanctū ī ma
ioꝛi copia q̄ꝫ pꝛiꝰ habuerūt. qꝛ non ſolū
receperūt ad ſufficientiā. ſꝫ etiā ad redū-
dantiā. qꝛ ſanctitas quā ſpūſſanctus in
apl'is opatꝰ eſt redūdabat in totā eccle-
ſiā. Vñ ſequit̄ ⌊ ⁊ ceperūt loq̄ varijs lin-
guis ꝓut ſpūſſanctꝰ dabat eloqui illis ⌋
Glo. apl'i non ſolū loquebant̄ ⁊ intellige
bāt oīa ydeomata. ſꝫ ipis loquētibus in
vno ydeomate qdcūq́ꝫ eſſet illud. oēs au
diētes q̄tūcūq́ꝫ eēnt diuerſoꝝ ydeoma-
tū intelligebat q̄libet ydeoma ꝓꝑiuꝫ di-
uina virtute hoc faciēte. ſicut eni ꝑ rebel
lionē ad deū diuiſe ſunt lingue. vt patet
Geñ. xi. Ita ꝑ infuſioneꝫ ſpūſſancti ſunt
vnite ⌊ erāt aūt in hieruſalē ⌋ Vin. q̄ erat
ciuitas metropolis ī iudea ⌊ habitantes
iudei viri religioſi ⌋ ly. in cultu diuīo de
uoti. ꝓpt̄ hoc tēplū viſitabāt. ⁊ ibi ſacrifi
cia offerebāt ⌊ ex omni natōne q̄ ſub celo
eſt ⌋ qꝛ iudei erāt diſperſi in oēs natōes.
⁊ aliq eoꝝ magis deuoti ꝓpter reuerē-
tiā tēpli veniebāt aliq̄n in hieruſalē ma-
xime in ſolēnitatibꝰ magnis. quaꝝ vna
erat ſolēnitas pentecoſtes ⌊ facta āt hac
voce ⌋ Vin. i. poſtq̄ꝫ talis ſonꝰ in aere ve
hementer inſonuit ⌊ ɔuenit multitudo ⌋
ſuppl'e ciuitatū ⁊ ꝓuintiaꝝ circūiacentiū
⌊ ⁊ mēte ɔfuſa eſt ⌋ ly. i. ſtupefacta ſeu ad
mirata ⌊ quoniā audiebat vnuſquiſq́ꝫ li
gua ſua illos loquētes ⌋ ly. qꝛ nunq̄ꝫ fuit
auditū vel viſū tale miraculū ⌊ ſtupebāt
aūt oēs ⁊ mirabant̄ dicētes. Nōne ecce
oēs q̄ loquunt̄ galilei ſunt ⌋ Vin. q. d. vti
q́ꝫ ⌊ ⁊ q̄uo nos audiuimꝰ vnuſquiſq́ꝫ lin
guā ſuā ⌋ .i. ꝓpꝛiā ⌊ in q̄ nati ſumꝰ ⌋ Vin.
q. d. hoc vtiq́ꝫ eſt mirabile vel ſuꝑnatu-
raliter. Ex iſto ſumit̄ hic q primitiui chꝛi
ſtiani fuerūt galilei ⌊ ꝑti ⁊ medi ⌋ Ly. hic
nominant̄ habitatoꝛes diuerſarū regio-
nū in q̄bꝰ ſunt diuerſa ydeomata ⌊ ⁊ ela
mite. ⁊ q̄ habitant meſopotamiā ⌋ Glo.
oꝛdi. eſt regio q̄ duobꝰ ambit̄ fluminibꝰ
tigri ⁊ eufrate ⌊ iudeā ⁊ capadociā. pon-
tū ⁊ aſiā ⌋ .ſ. minoꝛē ⌊ frigiā ⁊ pamphyliā.
egiptū ⁊ ꝑtes libie. q̄ eſt circa cyꝛenen. et
aduene romani ⌋ .i. ꝑegrinātes romam.
⌊ iudei quoq́ꝫ ⌋ .i. illi de tribu iuda ⌊ ⁊ ꝓſe-
liti. cretes ⁊ arabes ⌋ Ly. i. ɔuerſi de genti
litate ad iudaiſmū ⌊ audiuimus eos ⌋ ſcꝫ
apl'os ⌊ loquentes noſtris linguis ⌋ .i. no
ſtris ydeomatibꝰ ⌊ magnalia dei ⌋ .i. mi
rabilia dicta vel facta dei.

¶ Feria ſecunda pentecoſtes.
Actuū. x.

IN diebꝰ illis Aperi
ens Petrꝰ os ſuū dixit Uiri fra
tres et patres nobiſ precepit do
minꝰ predicare pplō et teſtificari
qꝛ ipſe eſt qui cōſtitutuſ eſt a deo
iudex viuorū et mortuorū. Huic
oēs pphete teſtimoniū perhibēt
remiſſionez peccatorūz accipere
per nomē eiꝰ oēs qui credūt i eū
Adhuc loquēte petro verba hec
cecidit ſpūſſanctꝰ ſuper oēs qui
audiebāt verbū. Et obſtupuerūt
ex circūciſione fideles qui vene
rant cū petro. qꝛ et in nationes
grā ſpūſſancti effuſa eſt. Audie
bant enī illos loquētes linguis
et magnificātes deū. Tūc reſpō
dit petrꝰ. Nunquid aquā quis p
hibere pōt vt nō baptizentur hi
qui ſpūmſanctū acceperūt ſicut
et nos. Et iuſſit eos baptizari in
nomīe domini noſtri ieſu chriſti

IN diebus illis Ape
riens Petrꝰ os ſuū ꝛc. Ante initiū illiꝰ
eplē ſcribit ſanctꝰ Lucas in eodē ca. Q̄
ſanctꝰ petruſ dixit iudeis de ieſu chriſto
Qui ptrāſiuit benefaciēdo ⁊ ſanādo oēſ
oppſſos a dyabolo. Et nos teſtes ſumꝰ
oim̄ q̄ fecit i regione iudeoꝝ ⁊ hieruſalē
quē occiderūt ſuſpēdentes i ligno. Huc
deꝰ ſuſcitauit tercia die ⁊ dedit eū mani-
feſtū fieri nō omni ꝑplō. ſ3 teſtibꝰ ꝑordia
tis a deo nobis q̄ manducauimꝰ ⁊ bibi
muſ cū illo poſtq̄3 reſurrexit a mortuis.
Et tūc ſtatim ſequit̄ eplā hodierna ⌊ In
diebꝰ ill' Aperiēs petrꝰ os ſuū dixit. Ui
ri patres ⁊ fratres nobis ⌋ ſ. q̄ manduca
uimꝰ ⁊ bibimꝰ cū illo poſt reſurrectōez
ſuā ⌊ pcepit dn̄s ꝑdicare ꝑplō ⁊ teſtificari
qꝛ ipſe eſt q̄ ꝯſtitutꝰ eſt a deo ⌋ ſ. patre ⌊ iu
dex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ ⌋ ly. i. q̄ viuūt vita
gratie. ſ. iuſtorū ⁊ etiā iniquoꝝ q̄ mortui
ſunt morte culpe ⌊ Huic oēs pphē teſti-
moniū ꝑhibēt ⌋ .q.d. Nos ſoli nō ſumuſ
teſtes eiꝰ. ſ3 etiā oēs pphete antiq̄ diuini
tus inſpirati q̄ de eo ſcripſerūt ⁊ ꝑdixerūt
⌊ remiſſionē peccatoꝝ accipere ꝑ nomē
eiꝰ ⌋ vt pz Johel. ij. Quicūq3 inuocauerit
nomē dn̄i ſaluꝰ erit ⌊ oēs q̄ credūt in eū ⌋
tā iudei q3 gētiles ⌊ Adhuc petro loquē
te v̓ba hec cecidit ſpūſſanctuſ ſup oēs q̄
audiebāt v̓bū ⌋ ſ. ſup cornelīū ⁊ ſup oēs q̄
cū eo ꝯgregati. erant in ſigno viſibili. ſ. in
igneis linguis ⌊ ⁊ obſtupuerūt ex circū-
ciſione fideles q̄ venerāt cū petro. qꝛ ⁊ in
natōes ⌋ i. in gentes ⌊ gratia ſpūſſancti ef
fuſa eſt ⌋ admirantes q̄ tanta gratia dare
tur gentibus ſicut ⁊ iudeis nutritis in le-
ge ⁊ pphetis ⌊ audiebāt eī illos loquētes
linguis ⌋ ſ. varijs ⌊ ⁊ magnificantes deū
Tūc rn̄dit petrꝰ ⌋ ſ. illis q̄ cū eo venerāt
admirantibꝰ ⌊ nunq̄d aquā quis ꝓhibe
re poteſt vt nō baptizent̄ hi qui ſpūmſā-
ctū acceperūt ſicut ⁊ nos ⌋ q.d. non. ex q̄
ſpūſſanctꝰ nō diſtinxit inter nos ⁊ ipſos
⌊ iuſſit eos baptizari ⌋ ſ. a ſocijs ſuis ⌊ in
nomine dn̄i noſtri ieſu chriſti ⌋ in hac eī3
forma dabat̄ baptiſmꝰ i ꝑmitiua eccl̄ia

Feria. iij. pentecoſtes. Act. viij

IN diebꝰ illis. Cū au
diſſent apoſtoli qui erāt hieroſo
limis qꝛ recepiſſet ſamaria ver
bum dei. miſerunt ad eos petrū
et iohannē. Qui cū veniſſet ora
uerūt ꝑ ipſis vt acciperēt ſpūm
ſanctū. Nondū enī in quenquā il
lorū venerat. ſed baptizati tantū
erant in noīe domini ieſu. Tunc
imponebant manus ſuper illos
et accipiebant ſpūmſanctū.

Poſtilla.

IN diebꝰ illis. Cū au
diſſent apoſtoli ꝛc. Ante initiū illiꝰ eplē
ſcribit ſanctus Lucas in eodē capitulo.

Q; ſanctus philippus deſcēdit i ciuitatē
Samarie ⁊ p̄dicabat illis chriſtū. Intē
debāt aūt turbe his q̄ a philippo dicebāt
vnanimiter audientes ⁊ vidētes ſigna q̄
faciebat. Multi eni eoꝝ q̄ habebāt ſpūs
immūdos clamantes voce magna exi
bant. Multi aūt paralitici ⁊ claudi curati
ſūt. Factū eſt aūt gaudiū magnū in illa
ciuitate. Tūc ſequit̄ p̄ſens ep̄la. Cū au
diſſent apoſtoli. Circa q̄ ſciēdū ſm̄ Ni
colaū de ly. q̄ philipp⁹ iſte erat tantū dia
con⁹ ꝓpter qđ licet poſſet baptizare non
tn̄ man⁹ imponere. nec ꝓ ꝯſequēs donū
ſpūſſancti dare in ſigno viſibili. hoc enī
ꝑtinebat ad ap̄los. Vn̄ eſt q̄ ſoli ep̄i i no
uo teſtamēto q̄ ſunt ſucceſſores ap̄loꝝ
man⁹ imponūt. ꝓpter qđ philipp⁹ ſigni
ficauit ap̄lis vt aliq̄ eoꝝ venirēt in ſama
riā ⁊ ſupplerēt illud. qđ ad ei⁹ officiū nō
ſpectabat. Et hoc eſt qđ hic dicit̄. Cū au
diſſent apoſtoli q̄ erant hieroſolimis. q̄
recepiſſet ſamaria verbū dei. miſerūt ad
ipos petꝝ ⁊ iohannē. Glo. ordi. q̄ erant
colūne. q̄ cū veniſſent orauerūt ꝓ ipſis
vt acciperent ſpūm ſctū. nōdū eñ in queq̄
illoꝝ venerat. ly. ſ. ſigno ſēſibili. venerat
tn̄ i eos inuiſibiliter. ſic ⁊ modo i baptiza
tos. ſꝫ baptizati tantū erant i nōie dn̄i ie
ſu chriſti. Tūc imponebant man⁹ ſup il
los ⁊ accipiebāt ſpūm ſanctum.

¶ Feria. iiij. pentecoſtes. Act. v.

In diebus illis Per man⁹ aūt ap̄loꝝ fiebāt ſigna et
p̄digia m̄lta i plebe. Et erāt vna
nimiter oēs i porticu ſalomonis
Ceterorum autē nemo audebat
coniūgere ſe ill'. ſꝫ magnificabat
eos p̄plus. Magis aūt augeba
tur credentiū i domino multitu
do virorū ac mulierū. ita vt i pla
teas eijcerēt īfirmos et ponerēt
i lectulis et grabatis. vt veniēte
petro ſaltē vmbra illi⁹ obūbrarꝫ
quēq̄uā illorū et liberarentur ab
īfirmitatib⁹ ſuis. Cōcurrebat āt
⁊ m̄ltitudo vicinarū ciuitatū hie
ruſalē afferētes egroſ et vexatoſ
a ſpiritibus immundiſ qui cura
bantur oēs et magnificabant ie
ſum chriſtum.

In diebus illis Per man⁹ aūt ap̄loꝝ ⁊c. An̄ initiū illius ep̄le
ſcribit ſanct⁹ Lucas q̄ vir quidā Anani
as cū ſaphira vxore ſua vēdidit agrū ⁊
defraudauit d̄ p̄cio agri ꝯſcia vxore ſua
Et partē p̄cij ad pedes ap̄loꝝ poſuerūt
⁊ ambo ſubitanee obierūt. Et fact⁹ eſt ti
mor magn⁹ in vniuerſa eccl̄ia. ⁊ in oēs
q̄ audierunt hec. Tūc ſtatim ſequit̄ ep̄la
p̄ſens. Per man⁹ aūt apoſtoloꝝ fiebāt
ſigna ⁊ p̄digia multa. Glo. ordi. vn̄ ſuc
cendit̄ zel⁹ ſacerdotū ⁊ iudeoꝝ. i plebe.
Ly. nō dicit in p̄ncipib⁹. q̄ nō credebāt i
chriſtū paucis exceptis. q̄ occulti chriſti
ani erāt. vt Gamaliel Nicodem⁹ ⁊ aliq̄
alij. ⁊ erāt oēs vnanimiter. ſ. apoſtoli.
in porticu ſalomonis. vbi erat loc⁹ ora
tionis ⁊ p̄dicatōis. ceteroꝝ aūt. ſ. infide
liū. nemo audebat ꝯiungere ſe illis. ſ. ſi
cte timētes penā q̄ venerat ſup Ananiā
⁊ ei⁹ vxorē. ſꝫ magnificabat eos p̄pl's. ꝓ
pter alios ⁊ miracula q̄ faciebāt. Et etiā
q̄ bona ꝓ malis ſuis ꝑſecutorib⁹ redde
bant. magis autē augebat̄ credentiū in
dn̄o multitudo viroꝝ ac mulieꝝ. null⁹
eni ſex⁹ a regno dei excludit̄. ita vt i pla
teis. q̄ late erāt. eijcerent infirmos ⁊ po
nerēt in lectulis ⁊ grabatis. vt veniēte pe
tro ſaltē vmbra illi⁹ obumbraret quēq̄
illoꝝ ⁊ liberarēt ab īfirmitatib⁹ ſuis. ly. i
q̄ ponit̄ differētia petri ad alioſ ap̄los in
op̄atione miraculoꝝ. Nā alij ap̄li cura
bant alios īfirmos ꝑ tactū manuū ſicut
iā ſupra dictū eſt. Per man⁹ aūt ap̄loꝝ
⁊c. Petr⁹ aūt non ſolū ꝑ tactū ſed etiā ꝑ
vmbrā qđ mai⁹ ē. qđ fiebat ad oſtendendū

ꝙ erat principaliter apl'ꝰ ergo noīatur
princeps aploꝝ. Et q꞉ chriſtꝰ nō legit̃ cu
raſſe ꝑ vmbrā ſicut petrꝰ. ideo ī petro vi
det̃ impletū fuiſſe qḋ dixit chriſtꝰ Johā.
xiiij. Qui credit in me opa q̄ ego facio ⁊
ipe faciet. ⁊ maiora hoꝝ faciet ⌊ Cōcurre
bat aūt ⁊ multitudo vicinaꝝ ciuitatū in
hieruſalē afferētes egros ⁊ vexatoſ a ſpi
ritibus immūdis. Qui curabant̃ oēs ⁊
magnificabāt ieſum chriſtū

In die ſancte trinita. ij. Cor. xiij.

Gaudete perfe
cti eſtote. exhortamī
idipſū ſapite pacē ha
bete et deꝰ pacis et di
lectōis erit vobiſcū. Salutate in
uicē ī oſculo ſacto. Salutāt vos
oēs ſancti. Gratia domini noſtri
ieſu chriſti et charitas dei et cō
municatō ſanctiſpūs ſit ſemper
cū omnibꝰ vobis. Amē.

Gaudete perfe
cti eſtote ⁊c. Ante initiū illi
us eple ſcribit ſanctꝰ pau
lꝰ in eodē ca. In ore duorū
vel triū ſtat oē verbū. Tūc ſequit̃ p̄ſens
epl'a ⌊ Gaudete pfecti eſtote ⌋ q꞉ hodie fe
ſtū ſancte trinitatis pagimꝰ neceſſe ē ali
qua d̄ ſancta trinitate breuiter loq̄. Un̄
aug. j. li. de trinitate. Hoc itaqꝫ v̄a ⁊ pia
fide credendū eſt ꝙ trinitas ſit vnꝰ ſolꝰ ⁊
verꝰ deꝰ. ſ. pater ⁊. f. ⁊. ſ. ſ. ⁊ h̄ trinitas vniꝰ
eiuſdēqꝫ ſubſtātie vl' eſſentie credit̃ q̄ eſt
ſummū bonū. Itē aug. dicit hec vera ſā
cta trinitas nichil maiꝰ eſt in tribus pſo
nis ſimul noīatis q̄ꝫ ī vna q̄libet ſemel ⁊
p ſe dicta. q꞉ vnaq̄qꝫ pſona plena eſt ſub
ſtātia ī ſe. nō tñ tres ſubſtātie ſūt. ſꝫ vnuſ
deꝰ ⁊ vna ſubſtātia. vna potētia. vna et
nitas. vna magnitudo. vna bonitas. et
vna eſſentia. pater. f. ⁊. ſ. ſ. Itē ſciēdū ꝙ be
ata trinitas fideliť eſt credēda ⁊ nō curi
oſe inueſtigāda Un̄ bern̄. Scrutari hec
temeritas eſt credere pietas noſſe vita
eīna ⌊ Fratres ⌋ ly. in v̄itate fidei pſiſtētes
⌊ gaudete ⌋ ly. ad virtuoſū enī ptinet de
opibꝰ virtutū gaudere ⌊ pfecti eſtote ⌋ .i.
ad pfectōez ꝯſequendā tendite. q꞉ ſicut na
uis ī flumie poſita p aq̄ motū deſcendit
niſi remigetur in ꝯtrariū. ſic aīa ex corru
ptione carnis ⁊ pnitate ꝯtinuo ad ma
lū deſcēdit a pfectōe niſi conet̃ ī ꝯtrariū.
⌊ exhortamini ⌋ vos maiores illoſ q̄ ſunt
miores ⌊ idē ſapite ⌋ .ſ. vos minores cum
maioribꝰ ⌊ pacē habete ⌋ ly. quā chriſtus
nobis hereditarie ꝯſuandā reliq̄t. vt pa
ter Joh. xiiij. pacē relinq̄ vo. ⁊c. ⌊ ⁊ deꝰ pa
cis ⌋ .i. dator ⁊ amator pacis ⌊ ⁊ dilectio
ſuarum antequaꝫ quic
quā faceret a p̄ncipio. ab eterno
ordinata ſuꝫ et ex antiquis ante
quā terra fieret. Necdū erāt abiſ
ſi et ego iā concepta erā. Necdū
fontes aquarū eruperāt. necduꝫ
mōtes graui mole cōſtiterāt. An
oēs colleſ ego ꝑturiebar. Adhuc
terraꝫ non fecerat et flumina et
cardineſ orbis terre. Quādo pre
parabat celoſ aderā. Quādo cer
ta lege et giro vallabat abiſſos.
Quando ethera firmabat ſurſū
et librabat fontes aquaruꝫ. Quā
do circumdabat mari terminuꝫ
ſuum et legeꝫ ponebat aquis ne
tranſirent fines ſuos. Quando
appendebat fundamēta terre cū
eo eram cuncta componens. Et
delectabar per ſingulos dies lu
dens coraꝫ eo omni tempore. et
ludenſ in orbe terrarū. et delicie
mee eſſe cū filijs hominū. Nūc
ergo filij audite me. beati qui cu
ſtodiunt vias meaſ. Audite diſci
plinā et eſtote ſapiētes et nolite
abijcere eam. Beatus homo qui
audit me. et qui vigilat ad fores
meas quotidie. et obſeruat ad
poſtes hoſtij mei. Qui me inue
nerit. inueniet vitā et hauriet ſa
lutem a domino.

Poſtilla.

Dominuſ poſſe
dit me ab initio ꝛc. In feſto
cōceptionis beate virginis
marie ꝑ epl'a preſens lectio ſ̄m ſeculareſ

legit̃ q̄ lectio principalit̃ exponit̃ de et̃na
ſapientia que chriſtus eſt filius marie
virginiſ. bonor aũt filij eſt bonor matriſ
⁊ ecõuerſo. bonor matriſ ē bonor filij. vñ
berñ. omel. iiij. ſup miſſus eſt dicit. Nõ
ē dubiũ q̄cq̄d ĩ laudibꝰ matris pferimꝰ
ad filiũ ptinere. Et rurſũ cũ filiũ honora-
mꝰ a laudibꝰ matris nõ recedimꝰ. Vñ
dicit et̃na ſapiẽtia ⌊ Dñs poſſedit me ab
initio viaꝝ ſuaꝝ | ly. i. opeꝝ ſuoꝝ ⌊ anteq̄ꝫ
q̄cq̄ꝫ faceret a pncipio | i. ante oẽm crea-
tionẽ ⌊ ab eterno ordinata ſuꝫ Nec dum
erãt abiſſi ⁊ ego iã ꝯcepta erã. nec dũ fon
tes aq̄ꝝ eruperãt | ſ. de locis ſubterrane
is ⌊ nec dũ mõtes g̃ui mole cõſtiterãt | i.
ſup terrã planaꝫ eleuati ⌊ Añ oẽs colles
ego pturiebar | i. pcedebã a fecũditate
patna ⌊ adhuc terrã ñ fecerat ⁊ flumĩa |
i. creaturã viſibilẽ ⌊ ⁊ cardies orbis t̃re |
i. ptes mũdi pncipales q̄ ſũt oriẽs ⁊ occi
dens auſtꝝ ⁊ aq̃lo ⌊ Qñ pparabat celoſ
aderã | indiuiſa eni ſũt opa trinitatiſ. Et
iõ filiꝰ q̄ eſt ſapientia genita. ſemp opat̃
cũ patre. vt patet Joh. v. Pater meꝰ vſ-
q̄ꝫ modo opat̃ ⁊ ego opor ⌊ qñ certa lege
⁊ giro vallabat abiſſos | i. concauitates
vbi ꝯgregate ſunt aq̄ vt appareret arida
habitatõi hoim ⁊ aĩaliũ terreſtriũ apta.
⌊ Qñ ethera firmabat ſurſuꝫ | i. ſperam
ignis q̄ naturaliter ſurſũ fert̃. Illa eni ps
elemẽtoꝝ q̄ ꝯtigua ē ſpere lune ether vo-
cat̃ ⌊ ⁊ librabat fontes aq̄ꝝ | ꝯſtituẽs eos
ĩ põdere ĩ numero ⁊ menſura ⌊ qñ circũ-
dabat mari terminũ ſuũ | ne efflueret et
operiret aridã ⌊ qñ appẽdebat fundamẽ
ta terre | i. ptes inferiores terre circa cen
trũ. q̄ ſũt q̄dã fundamẽta ſupioꝝ partiũ
⌊ cũ eo erã cũcta cõponens | q2 indiuiſa
ſũt opa trinitatis ⌊ ⁊ delectabar p ſingu-
los dies | i. eternalit̃ gaudebã cũ patre ⁊
ſpũſancto ⌊ ludẽs corã eo oĩ tpe. ⁊ ludẽs
in orbẽ terraꝝ | i. ludũ faciẽs de orbe ter
rarũ q̄ ſilis ē ludo pile q̄ de vno transfert̃
ad aliũ ſm quãdã reuolutõeꝫ. q2 regna
terre trãſfert atq̄ꝫ ꝯſtituit de gẽte in gen-
tẽ ⌊ ⁊ delicie mee eẽ cũ filijſ hoim | ſ. p gra
tiã ⌊ nũc ergo filij | ſ. p adoptõeꝫ ⌊ audite
me | ſ. p debitã attentõneꝫ ⌊ beati q̄ cuſto
diũt vias meas | i. viã mandatoꝝ ⁊ viã
ꝯſilioꝝ ⌊ audite diſciplinã | d̃ moribꝰ hu
manis ⌊ ⁊ eſtote ſapientes | in diuinis ⌊ ⁊
nolite abijcere eã. Beatꝰ homo q̄ audit
me | ſ. michi obediendo ⌊ ⁊ q̄ vigilat ad
fores meas quotidie | ſ. ĩ loco diuini cul
tus deuote orando ⌊ ⁊ obſuat ad poſtes
hoſtij mei. Qui me inuenerit | p gratiã
⌊ inueniet vitã | ſ. eternã ⌊ ⁊ hauriet ſalu-
tem a dño | qui eſt fons ſalutis.

¶ In feſto ſancti Thome apli.

Tam nõ eſtis hoſpites ⁊c.
Quere infra ĩ communi
ſanctorum.

In feſto ſancti Stephani pro
thomartiris. Actuũ. vij.

In diebus illis. Ste
phanꝰ plenus gratia et fortitudi
ne faciebat prodigia et ſigna ma
gna ĩ pplo. Surrexerũt aũt qui
dam de ſinagoga que appellaba
tur libertinorũ. et cirenenſiuꝫ. et
alexandrinorũ. et eorũ qui erant
a cilicia et aſia diſputãtes cũ ſte
phano Et nõ poterãt reſiſtere ſa
piẽtie et ſpiritui qui loquebatur
Dura ceruice et ĩcircũciſi cordi
bus et auribuſ vos ſemper ſpũi
ſctõ reſtitiſtis ⁊c. cuiꝰ nũc ꝓdito
res et homicide fuiſtis. Audiẽteſ
ãt hec. diſſecabãtur cordibꝰ ſuis
et ſtridebãt dentibꝰ ĩ eũ. Cuꝫ aũt
eſſet ſtephanꝰ plenꝰ ſpũſcõ. intẽ
dẽs ĩ celũ vidit gloriã dei et ieſũ
ſtanteꝫ a dextris virtutis dei. Et
ait. Ecce video celos apertos et
filiũ hoĩs ſtanteꝫ a dextris virtu
tis dei. Exclamantes auteꝫ voce
magna cõtinuerũt aures ſuaſ. et

impetũ fecerũt vnanimiter in eũ. Et eiicientes eũ extra ciuitatẽ la
pidabãt. Et teſtes depoſuerunt
veſtimẽta ſua ſecus pedes adole
ſcẽtis qui vocabatur ſaulꝰ. Et la
pidabãt ſtephanũ inuocantez et
dicentẽ. Domine ieſu ſuſcipe ſpi
ritum meũ. Poſitiſ autem genu
bus. clamauit voce magna dicẽſ
Domine. ne ſtatuas illis hoc pec
catũ. Et cũ hoc dixiſſꝫ obdormi
uit in domino.

# In diebus illis. Ste

phanꝰ plenꝰ ⁊c. Ante initiũ illiꝰ epiſtole
ſcribit ſanctus Lucas ꝙ poſt aſcenſionẽ
chriſti verbũ domini creſcebat ⁊ multi
plicabat̃ numerꝰ diſcipulorũ in hieruſa
lem valde. Multa etiã turba ſacerdotũ
obediebat fidei. Tũc ſtatim ſequit̃ ep̃la
p̃ſens ⌊ Stephanus aũt plenus gratia ⌋
Ly. ad bene operandũ ⌊ ⁊ fortitudĩe ⌋ ad
uerſa tolerãda ⌊ faciebat ꝓdigia ⁊ ſigna
magna in populo ⌋ ad veritatez fidei ca
tholice confirmandã ⌊ ſurrexerũt quidã
de ſynagoga que appellat̃ libertinorũ ⌋
a regione ſic nominatorum. vt dicit glo.
interli. ⌊ ⁊ cirenenſiũ ⌋ a cirene ciuitate ⌊ ⁊
alexandrinoꝝ ⌋ .i. ab alexandrina metro
poli egipti ⌊ ⁊ eoꝝ q̃ erant a cilicia ⁊ aſia ⌋
nomina ſunt regionum iude appropin
quarum ⌊ diſputantes cũ ſtephano ⌋ fi
dem catholicã verbis quantũ poterant
impugnãdo ⌊ ⁊ nõ poterant reſiſtere ſa
pientie ⁊ ſpiritui qui loquebatur ⌋ ſcilicꝫ
ſꝫm qđ ꝓmiſerat ſaluator dicẽs Luce. xxi.
Ego dabo vobis os ⁊ ſapientiã cui non
poterunt reſiſtere ⁊ contradicere omẽs
aduerſarii veſtri. Tunc poſt hoc redar
guebat eos acriter dicens ⌊ Dura cerui
ce ⌋ id eſt obſtinata mente ⌊ ⁊ incircũciſi
cordibus ⁊ auribus ⌋ id eſt a viciis ⁊ ſor
dibus ⌊ vos ſemper ſpiritui ſancto reſti
tiſtis ⌋ qui locutus eſt per prophetas de
chriſto ⌊ cuiꝰ nunc ꝓditores ⁊ homicide
fuiſtis ⌋ Ly. eius crucifixionẽ ꝓcurando.
⌊ audientes aũt hec diſſecabant̃ cordibꝰ
ſuis ⌋ Ly. q2 nõ habebant rationẽ interfi
ciendi eũ. Et tamen omnibꝰ modis in
terficere volebãt. Et ſic diſſecabant̃ iteri
us. q2 paſſio preualẽs diſcrepabat a rati
one ⌊ Et ſtridebant dentibuſ in eũ ⌋ ſicut
canes rabidi ⌊ Cũ aũt eſſet ſtephanꝰ ple
nus ſpũſancto intendens in celũ ⌋ vbi fi
duciam ſuã collocauerat ⌊ vidit gloriã
dei ⌋ ad ꝯfortationem ſuã ex ſpeciali gra
tia ⌊ ⁊ ieſũ ſtantẽ a dextris virtutis dei ⌋
Ly. ad deſignandũ ꝙ erat paratus ad eiꝰ
roborationẽ. q2 ſtare ꝓpriũ eſt adiuuan
tis in ꝑlio. Sedere aũt propriũ eſt iudi
cantis vel regnantis ⌊ Et ait. Ecce video
celos apertos ⁊ filiũ hominis ſtantem a
dextris virtutis dei ⌋ Ly. Nõ eſt hic intel
ligendũ ꝙ celi fuerunt diuiſi cũ ſint icor
ruptibiles. ſꝫ quia ſic clare vidit ac ſi nul
lum eſſet obſtaculũ intermediũ ⌊ excla
mantes autẽ voce magna ⌋ ne audirẽt
ſtephani verba ⌊ Continuerunt aureſ ſu
as ⁊ impetuz fecerunt vnanimiter ĩ eũ ⌋
non ratione ſed furia moti ⌊ ⁊ eiicientes
eum extra ciuitatem lapidabant ⌋ tanq̃
blaſphemũ. Modus enĩ erat blaſphe
mos extra ciuitatem lapidari. Unde di
xit dominus ad Moyſen Leuit. xxiiii.
Educ blaſphemũ ⁊ obruet eum omnis
populus lapidibus ⌊ Et depoſuerũt ve
ſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis
qui vocabatur ſaulus ⌋ Lyra. vt expedi
tius ⁊ celerius eum interficerent ⌊ ⁊ lapi
dabant ſtephanum inuocantem ⁊ dicẽ
tem. Domine ieſu ſuſcipe ſpiritũ meũ.
Poſitis autem genubus ⌋ Ly. vt in orã
do modus eſſet deuotꝰ ⌊ clamauit voce
mag̃ ⌋ q2 ꝓcedebat ex affectu magno ad
primoꝝ ſalutẽ. d. ⌊ dñe ne ſtatuas ill' hoc
peccatũ ⌋ Ly. reſeruando eis penam eter
nam. ſed da eis penitentiam. Uñ Beda
Stephanꝰ ꝓ ſeipſo ſtando orauit. ſed ꝓ

inimicis flexis genubꝰ ꝛc. ⌊ Et cū hoc dixiſſet ⌋ ex feruore charitatis ſm dictū ſaluatoris mat. v. Orate p calūniantibus ꝛ pſequētibus vos ⌊ obdormiuit in dn̄o ⌋ Nā aīa eiꝰ ſanctiſſima abſorpta fuit in abiſſo ſupne claritatis ꝛc. Sequit̄ ī textu ⌊ Saulꝰ aūt erat ꝯſentiēs neci eiꝰ. facta eſt āt illa die pſecutio magī ecclīa que erat hieroſolimis ꝛ oēs diſpſi ſūt p regiones iudee ꝛ ſamarie p̄ter aplo̅s. Curauerūt autem ſtephanū ⌋ ly. i. decēter ſepelierūt. ⌊ viri timorati ⌋ i. timētes deū. Int̄ quos gamaliel fuit p̄ncipalis ⌊ ꝛ fecerunt planctū magnū ſup eū ⌋

## In feſto ſancti Johānis apl̄i et euāgeliſte.

QUi timꝫ deū faciet bona ꝛc. Quere etiā in cōmuni ſanctorū de euāgeliſtis.

## In feſto puerorū innocentuꝫ ſcribitur. Apoc. xiiij.

IN diebꝰ illis. uidi ſupra montē ſyon agnuꝫ ſtantē. et cū eo centūquadragītaquattuor milia habētes nomē eiꝰ et nomē patris eiꝰ ſcriptū in frōtibꝰ ſuis. Et audiui vocem de celo tanquā vocē aquarū multarū et tanquā vocē tonitrui magni. Et vocem quā audiui ſicut cibaredorum citharizantiū in cytharis ſuis. Et cantabāt quaſi canticuꝫ nouum ante ſedem et ante quattuor aīalia et ſeniores. Et nemo poterat dicere canticū niſi illa centūquadragintaquattuor milia qui empti ſunt de terra. Hi ſūt qui cum mulieribꝰ nō ſūt coinquinati. virgines enī ſūt. Hi ſequūtur agnū quocunqꝫ ierit. Hi empti ſunt ex hoībus. primitie deo et agno. Et in ore eorū non eſt inuentū mendacium. Sine macula ſunt ante thronū dei.

IN diebꝰ illis. uidi ſupra montē ꝛc. ly. i. in eccleſia triūphante q̄ dr̄ mōs ſyon. vt habet̄ Heb. xij. ⌊ agnū ſtantē ⌋ i. chriſtū q̄ eſt agnꝰ dei. vt habet̄ Joh. j. ca. ⌊ ꝛ cū eo centūquadragintaq̄tuor milia ⌋ in tali numero venerant̄ pueri innocentes. quoꝝ feſtū pagit̄ ſm illā viſionē q̄ oſtēſa eſt Johāni qn̄ a domiciano ceſare in exiliū miſſꝰ fuit vbi ſcripſit librꝝ Apoc̄. ſꝫ tn̄ certꝰ numerꝰ pueroꝝ innocentū nō repit̄ certitudinaliter ī ſcripturis ⌊ habētes nomē eiꝰ ꝛ nomē patris eiꝰ ſcriptū in frontibꝰ ſuis. Et audiui vocem de celo tanq̄ꝫ vocē aquaꝝ multaꝝ ⌋ i. multitudinis ſanctoꝝ ⌊ ꝛ tanq̄ꝫ vocem tonitrui magni ⌋ In q̊ d̄ſignat̄ magnitudo laudis huiꝰ. Non ſolū ex laudantiū multitudine. ſꝫ etiā ex modo laudis ꝛ q̄litate ⌊ Et vocē quā audiui ſicut citharedoꝝ citharizantiū in citharis ſuis ⌋ Naꝫ h̄ laus eſt corā deo ꝛ angelis eiꝰ gratioſa ⌊ ꝛ cantabāt quaſi canticū nouū ⌋ q̄ dicti laudātes ſūt de numero ſanctoꝝ noui teſtamenti ⌊ ante ſedē ⌋ ſ. dei ⌊ ꝛ ante q̄tuor aīalia ꝛ ſeniores ⌋ i. in p̄ſentia ſanctorū patriarchaꝝ ꝛ pphetaꝝ in celo exiſtētiū ⌊ ꝛ nemo poterat dicere canticum nouū niſi illa centūquadragintaquattuor milia q̇ empti ſunt de terra ⌋ ſ. ſanguine chriſti ⌊ Hi ſūt q̇ cū mulieribꝰ nō ſunt coinq̄nati. virgines enī ſūt ⌋ integritatē carnis ſuādo ⌊ Hi ſequunt̄ agnū quocūqꝫ ierit. Hi empti ſūt ex hominibus primitie deo ⌋ id eſt gratioſi ſunt ſicut primi fructus ſunt magis delectabiles. ⌊ ꝛ in ore eorum non eſt inuentum mendacium ⌋ Nam pueri iſti veritatem fidei non loquendo. ſed moriendo cōfeſſi ſunt ⌊ ſine macula ſunt ante thronum dei ⌋ nā macula peccati originalis purgata fuit virtute ſui martyrij.

In conuerſione ſancti Pauli apoſtoli. Actuũ. ix.

PAulus aũt ad
huc ſpirãs minarũ et
cedis ĩ diſcipulos do
mini acceſſit ad pĩcipẽ ſacerdo
tũ et petijt ab eo epl'as in dama
ſcũ ad ſynagogas vt ſi quos iue
niret huiꝰ vie viros ac mulieres
vinctos perduceret in hieruſalẽ
Et cũ iter faceret. cõtigit vt app
pinquarz damaſco. et ſubito cir
cũfulſit eũ lux de celo. et cadens
in terrã audiuit vocẽ dicentez ſi
bi. ſaule ſaule quid me perſeque
ris. Qui dixit. Quis es domine
Et ille. Ego ſũ ieſus quẽ tu perſe
queriſ. Durũ eſt tibi cõtra ſtimu
lũ calcitrare. et tremẽs ac ſtupẽſ
dixit. Domĩe. quid me vis facere
Et dominꝰ ad eũ. Surge et igre
dere ciuitatem et ibi dicetur tibi
quid te oporteat facere. Uiri aũt
illi qui comitabãtur cũ eo ſtabãt
ſtupefacti. audiẽtes quidẽ vocez
neminẽ autẽ videntes. Surrexit
aũt ſaulꝰ de terra apertiſqz ocu
lis nichil videbat. Ad manꝰ aũt
illũ trahẽteſ introduxerũt dama
ſcũ. Et erat ibi tribꝰ diebꝰ nõ vi
dens. et nõ manducauit neqz bi
bit. Erat aũt quidã diſcipuluſ da
maſci noĩe Ananias. et dixit ad
illũ in viſu dominuſ Anania. At
ille ait Ecce ego domĩe. Et domi
nus ad eũ. Surge et vade ĩ vicũ
qui vocatur rectꝰ et quere in do
mo iude ſaulũ noĩe tharſenſem.
Ecce enĩ orat. Et vidit virũ ana
niã noĩe introeuntẽ et imponẽtẽ
ſibi manꝰ vt viſum recipiat. Re
ſpondit aũt ananias. Domĩe au
diui a multis de viro hoc quãta
mala fecerit ſanctis tuis in hie
ruſalem. Et hic habet poteſtatez
a principibus ſacerdotũ alligan
di omnes qui inuocant nomen
tuum. Dixit autez ad eum domi
nus. vade. quoniã vas electõnis
eſt mihi iſte vt portet nomẽ me
um coram gentibus et regibꝰ et
filijs iſrael. Ego enĩ oſtendaz illi
quanta oporteat eũ ꝑ noĩe meo
pati. et abijt ananiaſ. et introiuit
in domum et imponẽs ei manꝰ
dixit Saule frater. dominꝰ miſit
me ieſus qui apparuit tibi ĩ via
qua veniebas vt videas et ĩplea
ris ſpũſancto. Et confeſtim ceci
derunt ab oculis eius tanquam
ſquame et viſũ recepit Et ſurgẽſ
baptizatus eſt. Et cum accepiſſz
cibũ confortatꝰ eſt. Fuit aũt cuz
diſcipuliſ qui erant damaſci per
dies aliquot. Et continuo ingreſ
ſus ĩ ſinagogas predicabat ieſuz
quoniaz hic eſt filius dei. Stupe
bant aũt omnes qui eum audie
bant et dicebãt. Nõne hic ẽ qui
expugnabat in hieruſalẽ eoſ qui
inuocabãt nomẽ iſtud. et huc ad
hoc venit vt vinctos illos duce
ret ad principeſ ſacerdotũ. Sau
lus aũt multomagis conualeſce
bat et confundebat iudeos qui
habitabant damaſci affirmans
quoniam hic eſt chriſtus.

PAulus aũt ad
huc ſpirans minarũ ⁊c. Ad
initium illiꝰ epl'e ſcribit ſan
ctus Lucaſ q diſcipuli q̃ erãt diſpſi poſt
lapidationez ſancti ſtephani ptranſibãt
euangelizãtes verbũ dei. philippus autẽ
deſcendens in ciuitatem ſamarie pdica
bat illis chriſtũ. Intẽdebãt aũt turbe hiſ
que a philippo dicebantur vnanimiter

audiẽtes ⁊ vidẽtes ſigna q̄ faciebat. mul
ti enī eoꝝ q̇ habebant ſpūs immūdos .i.
dyabolos. clamātes voce magna exibāt
multi aūt paralitici ⁊ claudi curati ſūt. Fa-
ctū eſt ergo magnū gaudiū ī illa ciuita
te. Tūc poſtmodū ſequit̃ ep̃la hodierna
⌊ Saulꝰ aūt adhuc ſpirās ⌋ ly. i. ex vehe
mēti ſpū ignē ꝑſecutōis ī ſe accendēs. Et
ī alijs ꝯtra eccleſiā ⌊ minaꝝ ⌋ in v̉bis iniu
rioſis ⌊ ⁊ cedis ⌋ i. verberibꝰ ⁊ flagellis ⌊ ī
diſcipulos dñi ⌋ i. ꝯtra credētes ī chriſtū
q̇ tūc dicebantur diſcipuli. q꞉ nōdū noīa
bant̃ chriſtiani ⌊ acceſſit ad principē ſacer
dotū ⌋ ly. nō vocatꝰ. ſꝫ ſe ingerēs volūta-
te nocēdi īflamatꝰ ⌊ ⁊ petijt ab eo ep̃las ⌋
vt ex eiꝰ autoritate magis poſſet nocere
fidelibꝰ ⌊ in damaſcū ad ſynagogas ⌋ ly.
vt ibi ꝑſequeret̃ credētes ſicut fecerat in
hieruſalē ⌊ vt ſi q̇s inueniret huiꝰ vie vi-
ros ac mulieres vinctos ꝑduceret ī hie-
ruſalē. Et cū iter faceret ꝯtigit vt appꝓpin
q̄ret damaſco. ⁊ ſubito circūfulſit eū lux
de celo ⌋ ly. ſicut ſolet fieri ī choruſcatōne
⁊ fulgure ⌊ ⁊ cadēs in terrā ⌋ p̄ ſtupore et
admiratōe ⌊ audiuit vocē ⌋ ſ. auditu cor
poris ⁊ mētis ⌊ dicentē ſibi. ſaule ſaule ⌋ h̉
duplicatio fit ad magis mouēdaꝫ eiꝰ at
tentionē ⌊ q̇d me ꝑſequeris ⌋ ſ. in mēbris
meis. q̄ ꝑſequebat̃ ſaulꝰ ⁊ nō chriſtū ī ꝓ
pria ꝑſona. q꞉ iā ſedebat ad patris dexte
rā glorioſus ⌊ q̇ dixit. quis es dñe ⁊c. du. ē
tibi ꝯtra ſti. calcitrare ⌋ i. potēcior te icō-
pabilit̃ reſiſtere ⌊ ⁊ tremēs ac ſtupēs ⌋ ly.
de cognita chriſti ꝑtāte. quē ante nō cre-
debat in celo regnare. ſꝫ magis vt falſuꝫ
ꝓphaꝫ cū damnatis eē ⌊ dixit. dñe q̇d me
vis fa. ⌋ q. d. ex nūc facere parꝰ ſū tibi ī oī
bus obedire ⌊ ⁊ dñs ad euꝫ. ſurge ⁊ ingre
dere ciuitatē ⁊ dicet̃ tibi q̇d te oporteat
facere ⌋ in hoc oñdit chriſtꝰ ꝙ vult ꝙ vnꝰ
hō informet̃ ab alio ⌊ viri autē illi q̇ comi
tabant̃ cū eo ſtabāt ſtupefacti. audiētes
q̇dē vocē ⌋ ſ. pauli. nō aūt chriſti. q꞉ audi
ebant paulū dicentē q̇s es dñe quid me
vis facere ⌊ neminem aūt vidētes ⌋ q꞉ nō
videbāt aliquā ꝑſonā ad quā dirigeret
ſmonē. iō ſtabāt ſtupefacti ⌊ ſurrexit aūt
ſaulꝰ de terra apꝉiſq̄ꝫ oculis nichil vide-
bat ⁊c. ⌋ ly. ſ. viſu corꝑali. videbat aūt viſu
mentali. q꞉ ſm doctores cōiter in illo tri-
duo fuit raptꝰ vſq̄ꝫ ad celuꝫ terciū ⌊ ⁊ nō
manducauit neq̄ꝫ bibit ⌋ ly. ſuſtentatꝰ il-
la viſione ſicut ⁊ moyſes. xl. diebꝰ in mō-
te ſynai ⌊ erat aūt quidā diſcipulꝰ dama
ſci noīe ananias ⌋ ly. q̇ de iudaiſmo ad fi
dem chriſti ꝯuerſus fuit ſciētia ⁊ vita fa-
moſus ⌊ ⁊ dixit ad illuꝫ in viſu dñs Ana
nia. at ille ait. Ecce ego dñe ⁊c. ⌋ ly. hoſpes
enī pauli iudas vocabat̃ ⌊ ſaulū nomine
tharſenſem ⌋ i. d̉ tharſo oriundū ⌊ ecce eī
orat ⌋ eſt enī oratio eleuatio mētis ī deū
vt inq̇t Hugo. in de oratōe. Fuerat autē
vſq̄ꝫ ad terciū celū raptus. ⁊ ex illo raptu
egreſſus deo grās agebat ⌊ ⁊ vidit ⌋ in re-
uelatōe dñi ⌊ viꝝ ananiā nomīe ⌋ ita ꝙ re
uelatō fuit ſibi facta nō ſolū de ꝑſona. ſꝫ
etiā de ꝓprio noīe ⌊ introeūtē ⁊ īponentē
ſibi manꝰ vt viſū recipiat ⌋ ly. hec aūt im
poſitio erat ad curatōeꝫ corꝑalē. Sicut
de beato laurētio legit̃ ꝙ ponebat manꝰ
ſuꝑ cecoꝝ oculos ⁊ illuminabant̃ ⌊ reſpō
dit auteꝫ ananias ⌋ ly. ſe excuſando. eo ꝙ
ſaulꝰ erat famoſus ī ꝑſecutōe credentiū
in chriſtuꝫ ⌊ dñe audiui a multis de viro
hoc quāta mala ſanctis tuis fecerit ī hie
ruſalē ⁊c. ⌋ i. ſpeālit̃ vas electū grē ⁊ ſci-
entie ꝯtentiuū ⌊ vt portet nomē meū ⌋ ſcꝫ
ope ⁊ p̄dicatōe ⌊ corā gentibꝰ ⁊ regibꝰ et
filijs iſrael. ego enī oſtendā illi ⌋ ſ. ꝑfe-
ctuꝫ ⌊ quāta oporteat euꝫ pati ꝓ nomine
meo ⌋ q꞉ ꝑ multas tribulatiōes oportet
nos intrare in regnuꝫ celoꝝ ⌊ ⁊ abijt ana
nias ⌋ ad exequendū dñi mandatū ⌊ ⁊ in
troiuit in domū ⁊ imponēs ei manus ⁊
dixit Saule frater dñs miſit me ieſus. q̇
apparuit tibi ī via qua veniebas. vt vide
as et implearis ſpūſancto. ⁊ ꝯfeſtim ceci
derūt ab oculis eiꝰ tanq̄ꝫ ſquame ⌋ ly. id

eſt macule albe ⁊ dure. ſicut ſūt ſquame
piſciū. q̄ cauſate fuerūt in eo a lumine ex
ceſſiuo ipm̄ excecāte ⌊ ⁊ viſū recepit ⁊ ſur
gens baptizatꝰ eſt ⌋ .ſ. in noīe ieſu chriſti.
⌊ ⁊ cū accepiſſet cibū ꝯfortatꝰ eſt ⌋ dupli-
ci ꝯfortatōe .ſ. ſpū ⁊ corꝑe ⌊ Fuit aūt cū di
ſcipulis q̄ erāt damaſci ꝑ dies aliq̄t. ⁊ cō
tinuo ingreſſus ſynagogā p̄dicabat ieſū
q̄niā h̄ eſt filiꝰ dei ⌋ ſtatiꝫ poſt baptiſmū
Ex illo patet ꝙ doctrinā euāgelicā n̄ ha-
buit ab hoīe. ſꝫ a deo ⌊ ſtupebant aūt oēs
q̄ eū audiebāt ⌋ de tāta ſubita mutatōne
ꝑ quā atrociſſimꝰ fidei ꝑſecutor factꝰ fu
erat ꝯſtātiſſimꝰ eiꝰ p̄dicator ⌊ ⁊ dicebāt.
Nōne h̄ ē q̄ expugnabat ī hieruſalē eos
q̄ inuocabāt nomen iſtud. ⁊ huc ad hoc
venit vt vinctos illos duceret ad princi-
pes ſacerdotū. Saulꝰ aūt multo magis
ꝯualeſcebat ⌋ .ſ. p̄cedēs ſemꝑ de bono in
meliꝰ ⌊ ⁊ ꝯfundebat iudeos q̄ habitabāt
damaſci. affirmans q̄niā hic eſt chriſtꝰ ⌋
ly .i. q̄ ieſus nazarenꝰ eſt vere chriſtus in
lege ⁊ ꝓphetis ꝓmiſſus. Qđ declarabat
ꝑ ſcripturas veteris teſtamēti quas pri-
us didicerat a gamaliele. ⁊ poſtea mlt̄o
ꝑfectius a deo illuſtrāte.

In feſto purificationis ſancte
marie virginis. Malachie. iij.

Hec dicit domi
nus deꝰ. Ecce ego mit
to angeluꝫ meuꝫ et pre
parabit viā ante faciē meā. et ſta
tim veniet ad templū ſanctū ſuū
dominator quē vos queritis et
angelꝰ teſtamēti quē vos vultis
Ecce venit dicit dominus exerci
tuum. Et quis poterit cogitare
diē aduentꝰ eiꝰ. Et quis ſtabit ad
videndū eū Ipſe enī quaſi ignis
conflās. et quaſi herba fullonuꝫ.
Et ſedebit conflās et emundans
argentuꝫ et purgabit filios leui.
Et colabit eos quaſi aurū et qua
ſi argentū et erūt dn̄o offeren
tes ſacrificia ī iuſticia. Et place
bit dn̄o ſacrificiuꝫ iuda et hie
ruſalē ſicut dies ſeculi et ſicut an
ni antiqui dicit dominꝰ oīpotēs

Hec dicit domi
nus deꝰ ⁊c. In p̄ſenti ep̄la nū
ciat̄ vterqꝫ aduētus chriſti.
ſcꝫ in carnē ⁊ in iudiciū. ⁊ p̄mo denūciat̄
p̄mꝰ aduentꝰ in carnē cū dr̄ ⌊ Hec dicit
dn̄s deꝰ ⌋ .ſ. pater ⌊ Ecce ego mitto ange-
lū meū ⌋ ly .i. Johannē baptiſtā q̄ magis
duxit in terris vitā angelicā q̄ꝫ humanā
ꝙ enī hec ſcriptura intelligit̄ de Johāne
baptiſta. hoc patꝫ Mat. xj. vbi chriſtꝰ di
xit de Johāne. Hic ē đ q̄ ſcriptū eſt ⌊ ecce
ego mitto angelū meū ⁊ p̄parabit viam
an̄ faciē meā ⌋ .i. an̄ filiū meū. qr̄ p̄dicatio
⁊ baptiſmꝰ Johānis fuerūt q̄dā p̄para-
tiones ad baptiſmū ⁊ p̄dicatōneꝫ chriſti
⌊ ⁊ ſtatiꝫ veniet ad templū ſanctū ſuū ⌋ .i.
in hieruſalē. qr̄ ibi chriſtꝰ hodie fuit obla
tꝰ a matre ⁊ receptꝰ a ſymeone. Et poſt-
modū ibi pluries p̄dicauit ⁊ ibidē mlt̄a
miracula fecit ⌊ dn̄ator quē vos q̄ritis ⌋
.i. quē vos deſideratis ⌊ ⁊ angelꝰ teſtamē
ti ⌋ .i. chriſtꝰ q̄ fuit nuncꝰ noui teſtamēti
⌊ quē vos vultis ⌋ videlicꝫ ieſꝰ chriſtꝰ de-
ſideratꝰ a ſāctis patribꝰ ⁊ ꝓphetis. Se-
cundo denūciat̄ h̄ aduentꝰ chriſti ad iu-
diciuꝫ. cū dr̄ ⌊ Ecce venit dicit dn̄s exerci-
tuū ⌋ ly .i. veniet certitudinalit̄ ad iudiciū
⌊ Et q̄s poterit cogitare diē aduētꝰ eiꝰ ⌋
q. d. nullꝰ. vn̄ mat. xxiiij. de die illa ⁊ hora
nemo ſcit neqꝫ angeli celoꝝ niſi ſolꝰ pat̄.
⌊ ⁊ q̄s ſtabit ⌋ .i. poterit ſtare ⌊ ad vidēdū
eū ⌋ ly. qr̄ ſicut p̄mꝰ aduentꝰ fuit in hu-
militate ⁊ mā ſuetudīe. Ita ⁊ ſecūdꝰ erit
in p̄tāte ⁊ terrore ⌊ Ipſe enī q̄ſi ignis con
flans. ⁊ q̄ſi herba fullonū ⌋ Ita referunt̄
ad p̄mū ⁊ ſecūdū aduētū. cū ei dr̄. Ipſe eī
q̄ſi ignis ꝯflās ad ſecūdū aduentū perti
net. ⁊ q̄ſi herba fullonū ad p̄mū. Nam

herba fullonū ꝙ vtunt̄ fullones ad puri/
ficandū veſtes ⁊ faciēdū eas nitidas. mi
tiꝰ ⁊ ſuauiꝰ lauat ſordes pannoꝝ. Ignis
aūt cū magna violētia purgat metalluz
ſic i ꝑmo aduētu chriſtꝰ cū magna man
ſuetudīe. ⁊ quadam ſuauitate penitētie
purgauit peccatores. In ſecūdo aduētu
purgabit ꝑ ignez ⌊⁊ ſedebit dn̄s⌋ .ſ. in iu/
dicio ⌊ꝯflās ⁊ emundās argentū⌋ qꝛ ſic
argentū ꝯflat̄ i igne vt purget̄. emunda/
tū aūt ī theſauros reponit̄. Sic fiet ī die
iudicij. nā in igne purgabunt̄ electi ꝙ nō
dū plene ſūt purgati ī purgatorio ꝙtenꝰ
purgati trāſeāt in theſauros dn̄i. vt ſint
ibi ꝙ̄ſi auꝝ ⁊ argentū ⌊⁊ purgabit filios
leui⌋ ꝑ leui ħ intelligit̄ ſacerdotaliſ digni
taſ. purgādi ergo ſūt miniſtri ſacerdota
lis officij ⌊⁊ colabit eos ꝙ̄ſi auꝝ ⁊ ꝙ̄ſi ar/
gentū⌋ ad ꝑfectā mundiciā deducendo.
⌊⁊ erūt offerēteſ dn̄o ſacrificia ī iuſticia⌋
.ſ. opeꝝ ⌊⁊ placebit deo ſacrificiū⌋ .ſ. obla
tū ⌊ꝑ iuda ⁊ hieruſalē⌋ .i. ꝑ hoībꝰ actiuiſ
ꝙ intelligunt̄ ꝑ iudā. Et ꝯtēplatiuis ꝙ in
telligunt̄ ꝑ hieruſalē ⌊ſicut dies ſeculi et
ſicut anni antiꝙ̄⌋ .i. ſicut placuit ſacrifici/
um Abel Melchiſedech. ⁊ Abraam. et
alioꝝ ſanctoꝝ patꝝ ī ſeculis ꝑteritis ⁊ an
nis antiꝙ̄s ⌊dicit dn̄s oīpotens⌋

In cathedra ſancti petri apo
ſtoli. i. Petri. i.

Petrus apoſto
lus ieſu chriſti electis
aduēiſ diſperſiōis pōti
galathie Capadocie. aſie. et bithi
nie ſecundū preſciam dei patris
in ſanctificatōez ſpūs. in obediē
tiā et aſperſiōez ſanguis ieſu chri
ſti. gratia vobis et pax multipli
cetur Benedictꝰ deꝰ et pater do
mini noſtri ieſu chriſti qui ſcd̄m
miam ſuā magnam regenerauit
nos ī ſpez viuā per reſurrectōez
ieſu chriſti ex mortuis in heredi
tatē incorruptibilē et incōtami
natā et imarceſſibilē cōſeruataz
in celis. in vobis qui ī virtute dei
cuſtodimini per fidē in ſalutē pa
ratā reuelari ī tēpore nouiſſimo
in quo exultabitis modicū nunc
ſi oportet cōtriſtari ī varijs ten
tationibuſ vt ꝓbatio fidei veſtre
multo precioſior ſit auro qđ per
ignē ꝓbatur. Inueniatur ī laudē
et gloriā et honorē in reuelatōe
ieſu chriſti.

Petrus apoſto
lus ieſu ⁊c. Notādū ꝙ ſymō
petrꝰ filiꝰ Johāna ꝓuītie ga
lilee. vico de bethſaida frat̄ Andree apl'i
diſcipulꝰ ſaluatoris. ſcribit hāc epl'am ꝓ
ſelitis. i. hiis ꝙ ꝑmo de gētilitate ad iuda/
iſmū. ⁊ poſtmodū de iudaiſmo ad chri/
ſtū ꝯuerſi erāt. Qui ꝓ fide chriſti patie/
bant̄ ⁊ diſꝑſi erāt poſt lapidatōez ſancti
ſtephani. Illiſ ſcribit a roma t̄pe claudij
ceſaris. vn̄ hic dr̄ ⌊Petrꝰ⌋ ly. ꝑmo eiꝫ vo
catꝰ fuit ſymō. ſꝫ poſtea a chriſto a ꝙ no/
minatꝰ eſt petrꝰ. a petra ꝙ eſt chriſtꝰ ꝓpt̄
fidei firmitatē ⌊apl's ieſu chriſti⌋ .i. miſſꝰ
a ieſu chriſto. Gor. ecce nomē officij. no/
bile officiū eſt eſſe nunciū ſiue legatum
chriſti ⌊electis⌋ .ſ. a deo ad fidē catholicā
⌊aduenis⌋ .ſ. ꝙ de gentilitate venerāt ad
iudaiſmū. ⁊ de iudaiſmo ad fidē chriſti.
⌊diſꝑſionis⌋ .i. ꝙ ſūt de diſꝑſione ⁊ extra
terrā iudee. ⁊ illis videt̄ beatꝰ petrꝰ ſpe/
cialiter ſcribere. Qđ patet ex hoc qđ ſub
dit̄ ⌊pōti⌋ gor. ꝓuīcie grecie ē iuxta ma/
re ⌊galathie⌋ alia ꝓuītia eſt a ꝙ galathe
dicti ſūt ⌊aſie⌋ minoris. ſ. in ꝙ predicauit
Joħ. euāgeliſta. aſia v'o maior media ꝑſ
orbis ⌊bithinie⌋ alia ꝓuītia. ⁊ oēs iſte
ꝓuītie ſūt grecoꝝ. In his ꝓuītijs diſꝑ
ſi erāt ⌊ſm̄ ꝑſcientiā dei patris⌋ ly. ⁊ acci/
pit hic ꝑſciētia ꝓ ꝑdeſtinatōe ⌊in ſanctifi
catōez ſpūs⌋ ly. talis ei ſanctificatio app

priat̄ ſpiritui ſancto ⌋ in obedientiā ⌋ .i. p obedientiā ⌊ ⁊ aſperſionē ſanguinis ieſu chriſti ⌋ q̄ fuit obediens vſqʒ ad mortem mortē aūt crucis. Philip. ij. ab hac autē paſſione hn̄t efficaciā oīa ſacramēta noue legis q̄ ſūt inſtrumēta noſtre ſanctificatōis ⌊ gr̄a vob ⌋ in pn̄ti ⌊ ⁊ pax ⌋ i futuro ⌊ multiplicet̄ ⌋ q꞉ tūc q̄etabit̄ tot⁹ hōis appetit⁹ ⌊ Bn̄dict⁹ de⁹ ⌋ ly. q̄ʒtū ad totaʒ trinitatē ⌊ ⁊ pat̄ dn̄i noſtri ieſu chriſti. q̄ ſcdm magnā miaʒ ſuā ⌋ ly. ⁊ nō ſm̄ merita nr̄a ⌊ regenerauit nos ⌋ .ſ. in ſacramento baptiſmi p qd̄ efficimur filij dei adoptiui ⌊ in ſpem viuā ⌋ .i. certā ⌊ p reſurrectōnem ieſu chriſti ex mortuis ⌋ p quā habem⁹ certitudinē future glorificatōis. q꞉ cuʒ eſſet hō paſſibil' ſicut ⁊ nos ad vitā imortalē reſurrexit. Et q꞉ filij adoptiui habēt iuſ i hereditatiſ ꝑticipatōe. iō ſubdit̄ ⌊ in hereditatē ⌋ Gor. in futuro habendā ⌊ incorruptibilē ⌋ ly. nā hereditas celeſtis nū q̄ʒ deficit ⌊ ⁊ incōtaminatā ⌋ q꞉ nichil immundū recipit ⌊ ⁊ imarceſſibilē ⌋ nā ſuuʒ decorē nū q̄ʒ minuit ⌊ ꝯſuatā i celis ⌋ he. nō i pn̄ti dandā. ſʒ tp̄e ꝑfinito reddēdā ⌊ i vobis ⌋ .i. p illud qd̄ i vobis eſt p grām et liberū arbitriū ⁊ p bona merita vr̄a ⌊ q̄ cuſtodimini i v̄tute dei ⌋ nō vr̄a. vn̄ ps. cxxvj. Niſi dn̄ſ cuſtodierit ciuitatē ⌊ p fidē ⌋ q̄ facit hoīes fortes ad pſeuerandū ⌊ i ſalutē ⌋ ly. ꝯſequēdā ⌊ paratā reuelari ⌋ ⁊ oſtēdi ⁊ dari q̄ mō latet ⌊ in tp̄e nouiſſimo ⌋ ly. i. in finali iudicō. Nā electi apparebūt glorioſi i aīa ⁊ i corpe ⌊ in q̄ ⌋ .ſ. tp̄e nouiſſimo ⌊ exultabitis ⌋ .ſ. etnalit̄ ⌊ modicū nūc ſi oportʒ ꝯtriſtari ⌋ ly. tp̄alit̄ ⌊ in varijs tē tationib⁹ ⌋ Gor. tā interiorib⁹ q̄ ad īparū multiplicitatē. vn̄ ps. xxxiij. mlte tribulationes iuſtoꝝ. ⁊ Act. xiiij. p mltas tribulatōes oportet nos itrare i regnū celoꝝ ⌊ vt pbatio fidei vr̄e mlto p̄cioſior ſit auro qd̄ p ignē pbat̄ ⌋ ly. ſic auꝝ in fornace ꝓiectū inde nō deteriorat̄. ſʒ puri⁹ ⁊ melius efficit̄ ſic ⁊c. ⌊ inueniat̄ ⌋ Gor. i. cedat ⌊ in laudē ⌋ hoīʒ ⌊ ⁊ gloriā ⌋ angeloꝝ ⌊ ⁊ honorē ⌋ dei ⌊ In reuelatōe ieſu chriſti dn̄i noſtri ⌋ .i. tp̄e iudicij in quo chriſtuſ manifeſtabit gloriā electoꝝ.

In feſto ſācti mathie apl̄i. Act. j

Exurgens petr⁹ in medio fratrū ſuorū dixit. Erat autē turba hoīm ſimul fere centūuiginti. Viri frēs oportet iplere ſcripturaʒ quā predixit ſpūſſanctus per os dauid de iuda qui fuit dux eoruʒ qui cōprehēderūt ieſū qui cōnumerat⁹ erat in nobis et ſortit⁹ ē ſortē miniſterij hui⁹. et hic quidē poſſedit agrū de mercede iniquitatis et ſuſpēſus crepuit mediuſ Et diffuſa ſūt oīa viſcera ei⁹ et notū factū ē oīb⁹ habitātib⁹ hieruſalē ita vt appellaretur ager ille lingua eorū acheldemach hoc ē ager ſanguis. Scriptū eſt enī in libro pſalmoruʒ. fiat cōmoratio eorū dſerta. et nō ſit qui ihabitz i ea. et epiſcopatū eiuſ accipiat alter. oportet ergo ex his viris qui nobiſcū ſūt cōgregati i oī tēpore quo intrauit et exiuit inter nos dominuſ ieſus incipiēs a baptiſmate iohānis vſqʒ i diē qua aſſūptus eſt a nobis teſtem reſurrectionis ei⁹ nobiſcū fieri vnuʒ ex iſtis. et ſtatuerunt duos ioſeph qui vocatur barſabaſ qui cognominat⁹ eſt iuſt⁹. et mathiā. et orātes dixerūt. tu domīe qui corda noſti oīm. oſtēde quē elegeris ex his duob⁹ vnū accipere locū miniſterij hui⁹ et apl'at⁹ de quo preuaricat⁹ ē iudaſ vt abiret i locū ſuū et dederunt ſortes. et eis cecidit ſors ſuper mathiā et annumeratus eſt cū vndecim apoſtolis.

Exurgens petrꝰ in medio ⁊c. Añ initiũ illius ep̃le ſcribit ſanctus Lucas in eodẽ ca. d. ꝙ poſtq̃ʒ chriſtꝰ ĩ die aſcẽſiõis videntibꝰ diſcipul' eleuatꝰ eſt in celũ. Tũc oẽs ſimul reuerſi ſũt hieroſolimã a mõte q̃ vocat̃ oliueti. q̃ ẽ iuxta hieroſolimã ſabbati hñs iter. ly. i. mille paſſus. qꝛ nõ licet iudeis ĩ ſabbato vltra tale ſpacium ãbulare. Et cũ ĩtroiſſent ĩ cenaculũ aſcẽdebãt vbi manebãt Petrꝰ ⁊ Johãneſ ⁊ Jacobꝰ Andreas Philippꝰ ⁊ Thomaſ bartholomeꝰ ⁊ matthꝰ Jacobꝰ alphei ſ. filiꝰ hoc dꝛ ad differẽtiã alteriꝰ iacobi q̃ fuit filiꝰ zebedei ⁊ ſymõ zelotes ⁊ Judaſ iacobi. h̃ dꝛ ad differentiã iude ꝓditoris Hi oẽs erãt pſeuerãtes vnanimit̃ ĩ orõe cũ mulieribꝰ. ly. deuotis q̃ erant ſecute ieſũ a galilea Et maria matre ieſu ⁊ fratribꝰ eiꝰ. i. alijs de cognatõe ieſu q̃ꝝ plures erãt ibi ⁊c. Tũc ſtatim ſequit̃ preſens ep̃la In diebꝰ illis ly. i. tp̃e medio inter aſcẽſionẽ dñi ⁊ pẽthecoſtes Exurgens petrꝰ tanq̃ʒ principalis erat aũt turba hoĩʒ ſimul fere centũuigiti. Uiri fratres oportet ĩpleri ſcripturã quã p̃dixit ſpũs ſanctꝰ p os dauid Cuiꝰ verbũ nõ p̃t ẽẽ falſũ de iuda q̃ fuit dux eoꝝ q̃ comp̃hẽderũt ieſũ q̃ ↄnumeratꝰ erat ĩ nobis ly. i. vnꝰ de. xij. ap̃lis Et ſortitꝰ eſt ſortẽ miniſterij huiꝰ ly. i. dignitatẽ ap̃licã quã habuit p chriſti electõeʒ. ſicut dꝛ Joh. vj. Nonne. xij. vos elegi ⁊ vnꝰ ex vobis dyabolꝰ ẽ. ſors enĩ aliq̃n accipit̃ p p̃te ⁊ ſic accipit̃ h̃. qꝛ ĩ p̃tẽ ap̃loꝝ vocatꝰ eſt ⁊ h̃ quidẽ poſſedit agꝝ de mercede iniq̃tatis ly. i. poſſideri fecit ab alijs. qꝛ. xxx. denarijs q̃bꝰ inique chriſtũ vẽdiderat ĩ tẽplũ ꝓiecit ex quibꝰ p̃ncipes ſacerdotũ emerunt agꝝ p ſepultura p̃egrinoꝝ. vt habet̃ mat. xxvij. ⁊ etiã aliq̃ volũt ꝙ iudas fuit ibi ſepultus. ⁊ ſic poſſedit agrũ illũ ⁊ ſuſpẽſuſ crepuit mediꝰ. Et diffuſa ſũt omia viſcera eiꝰ ly. vt pena reſpõderet culpe. Juſtũ enĩ erat vt viſcera q̃ tantã ꝓditionẽ ↄceperãt enormiter de vẽtre caderẽt ⁊ notũ factũ eſt ſcʒ enorme factũ iude oĩbꝰ habitãtibuſ hieruſalẽ. ita vt appellaret̃ ager ille ſ. emptus d̃ p̃cio ſanguis chriſti ligua eoꝝ i. principũ ſacerdotũ q̃ emerũt agꝝ illuʒ acheldemach hoc eſt ager ſanguinis. Scriptũ eſt enĩ in libro pſalmoꝝ. fiat cõmoratio i. habitatio eoꝝ deſ̃ta ⁊ nõ ſit q̃ inhabitet ĩ ea Hoc ſcribit̃ in p̃s. lxviij. In q̃ predixit dauid penã ſacerdotũ chriſti mortẽ ꝓcurantiũ. In penã enĩ mortiſ chriſti templũ ⁊ ciuitaſ hieruſalẽ fuerũt cõbuſta p romanos ⁊ ſacerdotes ptim interfecti. ⁊ ptim captiuati ⁊ ep̃atuʒ eiꝰ accipiat alter Hoc habet̃ p̃s. cviij. In q̃ dauid p̃dixit penaʒ iude ꝓditoris q̃ chriſtũ vendidit p̃ncipibꝰ ſacerdotũ. Iſto eñ iuda p ſuſpenſionẽ mortuo Matthias ſucceſſit ei ĩ ap̃latu. Ap̃latus vel ep̃atuſ dꝛ. q̃ñ iã ep̃i ſucceſſores ſũt ap̃loꝝ. vt dicitur ĩ decretis. Et hoc ẽ q̃d dꝛ h̃. ⁊ ep̃atum eiꝰ accipiat alt̃. ſ. factꝰ Matthias Oportet ergo ad reintegrãdũ numeꝝ ap̃licũ ex his viris q̃ nobiſcũ ſunt ↄgregati in oĩ tp̃e. q̃ ĩtrauit ⁊ exiuit inter nos dñs ieſus ly. ſ. q̃ p experientiã nouerũt ↄuerſationẽ eiꝰ ieſu chriſti incipiẽs a baptiſmate Johãnis vſq̃ʒ in diẽ q̃ aſſumptꝰ eſt a nobis ly. nõ enĩ legit̃ ieſum docuiſſe publice. ⁊ miracl'a feciſſe. niſi poſtq̃ʒ baptizatꝰ fuit a Johãne teſtẽ reſurrectionis eiꝰ nobiſcũ fieri vnũ ex iſtis. ⁊ ſtatuerũt duos ly. tãq̃ʒ magis notabiles ioſeph q̃ vocatꝰ eſt barſabas q̃ cognoĩatꝰ eſt iuſtus. ⁊ Matthiã ly. licet enĩ iſtos duos elegiſſent vt notabiliores alijſ. tñ ignorabant q̃s eoꝝ eẽt dignior ad ap̃latũ. ꝓpterea ſup hoc ĩploꝛauerũt diuinũ iudiciuʒ ⁊ orãtes dixerũt. Tu dñe q̃ noſti corda hoĩm. oſtẽde quẽ elegeris ex his duobꝰ. vnũ accipe locũ miniſterij huiꝰ ⁊ ap̃latꝰ de q̃ p̃uaricatꝰ eſt iudas vt abiret ĩ locũ

ſuũ ⁊ dederũt ſortes eis ]Beđ.ſuꝑ actuſ
apłoꝝ Mathias añ penthecoſtes ordi
nandꝰ ſorte querit.qꝛ nondũ plenitudo
ſpũſſancti ĩ eccł̃ia effuſa eſt. Septẽ autez
dyaconi poſtea nõ ſorte ſʒ electõne apo/
ſtoloꝝ ſũt ordinati.ꝑpt̃ hoc ꝓhibet̃ ratio
nabiliter talis electio.extra de ſorti.c.vlt.
nõ tñ peccauerũt apłi eligẽdo matthiaz
ꝑ ſortẽ.qꝛ nondũ erat ꝓhibitũ .Et qꝛ hoc
fecerũt familiari ꝯſilio ſpũſſancti qđ nõ
eſt trahendũ ad ꝯſequẽtiã [ ⁊ cecidit ſorſ
ſuꝑ matthiã ]ly.iſte ioſeph fuit cognatꝰ
chriſti.⁊ tñ ſibi prepoſuit matthiã.ꝑ hoc
oſtendẽs ꝙ ad officia eccleſiaſtica ñ ſũt
hoĩes ex ꝯſanguinitate ꝓmouendi[ ⁊ an
numeratꝰ eſt cũ vndecim apłis.

## In feſto annunciatõis marie virginis. Eſa.xj.

Egredietur uir
ga đ radice ieſſe et floſ
de radice eius aſcẽdet
et requieſcʒ ſuper eũ ſpũs domi
ni.ſpũs ſapie et intellectus.ſpũs
cõſilij et fortitudinis. ſpũs ſcien
tie et pietatis et replebit eũ ſpũſ
timoris domini.nõ ſecundũ viſi
onẽ oculorũ iudicabit neqʒ ſcđm
auditũ auriũ arguet ſʒ iudicabit
in iuſticia pauperes.et arguet in
equitate ꝑ mãſuetis terre.et per
cutiet terrã virga oris ſui.et ſpũ
labiorũ ſuorũ interficiet impiuz
Et erit iuſticia cingulũ lumborũ
eius et fides cinctoriũ renũ eiuſ

Egredietur uir
ga de radice ⁊c. Sciendũz ꝙ
iſta ꝓphetia exponit̃ ad lrãz
de chriſto a doctoribuſ catholicis. iudei
tñ adhuc expectãt futuꝝ qđ nos chriſtia
ni dicimꝰ eſſe impletũ in chriſto ieſu .Et
ſm̃ hoc dicit̃ hic [ hec dicit dñs Egrediet̃
virga de radice ieſſe ] Ly.i.virgo maria
q̃ dicit̃ virga gracilis pauꝑtate ⁊ humi
litate.flexibilis pietate [ ⁊ flos de radice
eiꝰ aſcendet ]i.chriſtꝰ q̃ dicit̃ flos ratõe
puritatis.quoniã nullũ peccatuz actua
le ſeu originale habuit ĩ eo locũ.i. Petri
ij.q̃ peccatũ nõ fecit nec inuentꝰ eſt dolꝰ
in ore eiꝰ.Et qꝛ ꝓtulit fruct noſtre ſaluti/
tis.Et đr aſcẽdet de radice ieſſe .qꝛ pater
dauid vocatꝰ fuit iſai.⁊ ieſſe.chriſtꝰ ãt de
ſcẽdit de dauid[ ⁊ req̃eſcet ſuꝑ eũ ſpiritꝰ
dñi ]ly.qꝛ in baptiſmo eiꝰ apparuit ſpũſ/
ſanctꝰ ĩ ſpecie colũbe ſuꝑ eũ Matth.iij.
Ad deſignandũ plenitudinẽ oĩs gratie
in eo[ ſpũs ſapiẽtie ]ly.i.doctor ſapiẽtie.
vel ſpũs q̃ eſt ſapiẽtia [ ⁊ intellectꝰ.ſpũs
ꝯſilij ⁊ fortitudinis.ſpũs ſcientie ⁊ pieta
tis.⁊ replebit eum ſpũs timoris dñi ]ly.
iſta oĩa dona ꝑfectiſſime fuerunt in aĩa
chriſti q̃ fuit ꝑfectiſſima in oĩbꝰ donis et
chariſmatibꝰ ſpũſſancti[ nõ ſm̃ viſionẽ
oculoꝝ ]corꝑaliũ[ iudicabit ]qꝛ chriſtꝰ
ꝑ ſcientiã ſuã cognoſcit oĩa q̃ ſũt fuerũt
vel erũt.q̃ʒtumcũqʒ ſũt occulta.qꝛ hõ vi
det ea q̃ patent.deꝰ aũt intuet̃ cor[ neqʒ
ſm̃ auditũ auriũ arguet ]ly.i.nõ indige/
bit edoceri de veritate ab aliquo.qꝛ ꝑ ſe/
ipm̃ cognoſcit. Vñ Iohã.ij. Opꝰ ei non
erat vt q̃s teſtimoniũ ꝓhiberet de hoĩe.
Ipe enĩ ſciebat qđ eẽt in hoĩe[ ſʒ iudica/
bit in iuſticia pauꝑes ].ſ.euãgelicos.iu/
dicãs eos diuitijs celeſtibꝰ dignos. Vñ
Mat.v. Beati pauꝑes ſpũ quoniã ipo/
rum eſt regnũ celoꝝ.[ ⁊ arguet in eq̃tate
ꝑ mãſuetis terre ]ly.qđ fuit impletũ qñ
phariſeoſ arguit ꝓ apłis q̃s notabãt fal
ſe đ trãſgreſſiõe ſabbati.ſ.qñ reuellebãt
ſpicas manibꝰ in die ſabbati [ ⁊ ꝑcutiet
terrã ]i.hoĩes terrenos[ virga oris ſui ]
i.doctrina ſua arguẽdo eoꝝ peccata[ et
ſpũ labioꝝ ſuoꝝ interficiet impiũ ]Ly.i.
antichriſtũ.ſm̃ qđ đr.ij.ad Theſſa.ij.Et
tũc reuelabit̃ ille iniquꝰ quẽ dñs ieſus i/
terficiet ſpũ oris ſui ⁊ deſtruet illuſtrati/
one aduentꝰ ſui[ ⁊ erit iuſticia cingulũ

lumboꝛ ei⁹ ⁊ fides cinctoꝛiũ renũ eiuſ ]
ly.i.iuſti ⁊ fideles adherebunt ſibi.ſicut cin
gulũ ⁊ lũbale adherẽt homini. ⁊ hoc pa/
tet impletũ in aplis.aliiſq; diſcipulis ⁊ fi
delib⁹ ſibi p fidẽ ⁊ charitatẽ adherẽtib⁹.

Itẽ de eodẽ feſto ſecundum ſe
culares.Eſa.vij.

IN diebus illis.locu
tus eſt domin⁹ ad achaz dicens
pete tibi ſignũ a domio deo tuo
in pſundũ inferni.ſiue in excelſũ
ſupra.Et dixit achaz Nõ petã et
nõ tentabo dominũ.Et dixit.au
dite ergo dom⁹ dauid.Nunquid
parũ vobis eſt moleſtos eſſe ho
minibus q; moleſti eſtis et deo
meo.ppter hoc dabit domin⁹ ip
ſe vobis ſignũ.Ecce virgo conci
piet et pariet filiuz et vocabitur
nomen eius emanuel.Butirũ et
mel comedet vt ſciat repꝛobare
malũ et eligere bonũ.

IN diebus illis.locu
tus eſt dñs ⁊c.Iſta ſcriptura Eſaie pphe
te loquit̃ de dño noſtro ieſu chꝛiſto.Vñ
dicit̃ [ In dieb⁹ illis ] .ſ.qñ Eſaias pphe/
tauit [ Locut⁹ eſt dñs ] p eſaiã pphetam
[ ad achaz ] q̃ fuit ydolatra peſſim⁹ ⁊ re/
gnauit.xvj.annis i hieruſalẽ Cui Eſa.p/
pheta pdixit liberatõez ppli ⁊ potentiam
duoꝛ regũ.ſ.regis Syrie ⁊ regiſ Sama
rie p quã liberatõez figurabat̃ vera libe/
ratio generis humani d ptãte hoſtis an
tiq̃.Verũtñ q; achaz credere noluit.tũc
dixit Eſaias [ pete tibi ſignũ ] ly.liberatõ
nis tue ⁊ ppli tui ab hoſtib⁹ [ a dño deo
tuo ] ly.⁊ nõ ab ydolis q̃ tu colis [ in pfũ/
dũ inferni ] .ſ.vt aliq̃s reducat̃ ab inferis
⁊ annũciet tibi ſicut factũ fuit i trãſfigu/
ratõe dñi qñ venit moyſes ab inferis et
apparuit cũ helia q̃ adhuc eſt in padiſo.

[ ſiue in excelſuz ſupra ] Ac ſi dicat ſi vis
habere ſignũ de celo ſic habuit Ezechiaſ
rex qñ ſol decẽ lineis regreſſus eſt. ⁊ tpe
ioſue.qñ ſol ⁊ luna ſteterũt i bello gaba/
on [ ⁊ dixit achaz non petã ] Siquidem
achaz ſignuz petere renuit.Ne in ſigno
gloꝛificaret̃ dñs.⁊ vilipenderent̃ ydola
q̃ colebat.⁊ iõ dixit.Nõ petã.⁊ vt excuſa
tionẽ haberet nõ petẽdi ſubiũxit [ ⁊ non
tentabo dñm ] ac ſi dicerz.ſi peterẽ ſignũ
tentarẽ deũ.⁊ facerẽ ꝯ legẽ q̃ dicit Mat.
iiij.Nõ tentabis dñm deũ tuũ.Sz ergo
iuſſus fuit petere debuiſſet.Tñ alia trãſ/
latio habz.Nõ petã ⁊ nõ exaltabo dñm
q.d.Nullo vt dato ſigno exaltet̃ de⁹.ppi
qd Eſaias ppheta intulit dicẽſ [ Audite
ergo dom⁹ dauid ] .q.d.Rex nõ vult au
dire audiatis vos dom⁹ dauid [ nunq̃d
par vobis eſt moleſtos eſſe hoĩb⁹ ] .i.p/
phetis q̃s ſepe moleſtabãt deridẽdo.af/
fligẽdo ⁊ occidẽdo.vt patz.iiij.Reg.⁊.ij.
li.palip.in plurib⁹ locis [ q; moleſti eſtiſ
⁊ deo meo ] .ſ.ſignũ ab eo oblatũ renuen
do ne nomẽ ei⁹ gloꝛificet̃ [ ppter hoc ] .ſ.
ad declaratõnez nõis ſui pꝛincipalit̃ [ da
bit dñs ipe vobis ſignũ ] .ſ.liberatõis ve/
ſtre q̃zuis ſitis ingrati.q; de⁹ multa bona
facit iniuſtis ⁊ ingratis.vt d; Mat.v.Pat
veſter celeſtis ſolẽ ſuũ oꝛiri facit ſup bo/
nos ⁊ malos ⁊c. [ Ecce virgo concipiet ⁊
pariet filiũ ] ly.beata virgo maria a pro/
phetiſ denũciata q̃ ꝯcepit ⁊ pepit manẽſ
virgo [ ⁊ vocabit̃ nomẽ ei⁹ emanuel ] qd
eſt interptatũ nobiſcũ de⁹ [ Butir ⁊ mel
comedet ] ly.hoc d; ad denotandũ verã
ei⁹ humanitatẽ.q; talib⁹ nutrit̃ hõ maxi
me i puericia [ vt ſciat repꝛbare maluz et
eligere bonũ ] Nã ipius chꝛiſti infantia
non minuit eius ſapientiam.Nec plus
ſciuit adultus q̃z paruulus.ſed pl⁹ oſtẽ/
dit ſapientiam ſuam adult⁹ q̃z paruul⁹

In feſto apoſtoloꝛũ Philippi
et iacobi.Sapiẽtie.v.

Stabũt iuſti in
magna cõſtãtia aduer
ſus eos qui ſe anguſti
auerunt et qui abſtulerunt labo
res eorũ. Videtes turbabuntur
timore horribili. et mirabũtur ĩ
ſubitatõe inſperate ſalutis. dicẽ
tes intra ſe. penitentiã agentes.
et pre anguſtia ſpũs gementes.
Hi ſũt quos aliquãdo habuim⁹
in deriſũ et ĩ ſimilitudinẽ impro
perij. Nos inſenſati vitã illorum
eſtimabam⁹ inſaniã et finẽ illorũ
ſine honore. Ecce quõ cõputati
ſunt inter filios dei et inter ſan
ctos ſors illorũ eſt.

Stabũt iuſti i.
⌊.ſ. tpe iudicij⌋ ⌊in mag̃ ꝯſtan
tia⌋ q꞉ pfecti cũ chriſto iudicabunt ⌊ad⸗
uerſ⁹ eoſ q̃ ſe ãguſtiauerũt⌋ ly. inferẽdo
nocumentũ eis ĩ pſonis ⌊⁊ q̃ abſtulerũt
labores eoꝝ⌋ eis nocẽdo in reb⁹ tpalib⁹
⌊vidẽtes aũt turbabunt̃ timore horribi⸗
li. ⁊ mirabunt̃ in ſubitatõne inſperate ſa⸗
lutis dicẽtes⌋ ly. q꞉ videbũt iuſtos glori⸗
oſos in corpe ⁊ aĩa qđ non crediderant
futuꝝ ⌊⁊ p̃ anguſtia ſpũs gemẽtes intra
ſe penitentiã agentes⌋ ſꝫ ſine fructu. Tũ
q꞉ ſũt extra ſtatũ meriti ⁊ demeriti. Tuꝫ
q꞉ nõ dolẽt ꝓpter offenſam dei. ſꝫ ꝓpter
penas inferni ⌊Hi ſũt quos aliqñ habu
im⁹ in deriſũ⌋ .ſ. in p̃ſenti vita ⌊⁊ in ſimi⸗
litudinẽ improperij⌋ ly. q꞉ improperãteſ
aliq̃b⁹ ponebãt chriſtianos in exemplũ
dicentes ita miſer fias ſicut talis chriſti
an⁹ vel iuſt⁹ ⌊Nos inſenſati⌋ ly. ꝑ igno
rantiã futuroꝝ bonoꝝ ⌊vitam illoꝝ eſti⸗
mabam⁹ inſaniã⌋ eo ꝙ ꝯtẽnebãt tpaleꝫ
felicitatẽ ⁊ proſperitatẽ ⌊⁊ finẽ illoꝝ ſine
honore⌋ q꞉ moriebant̃ in ꝯtemptu p̃nti
vite ⌊quõ cõputati ſũt inter filios dei⌋ .i.
inter angelos ⌊⁊ inter ſanctos ſors illoꝝ
eſt⌋ ad quoꝝ ꝯſortiũ tunc erunt aſſumẽ
di cũ corpe ⁊ anima.

In feſto inuentõis ſancte cru
cis. ad Gala. v.

Confido de uo
bis in domino ꝗ nihil
aliud ſapiatis. Qui aũt
cõturbat vos portabit iudiciuꝫ
quicũqꝫ eſt ille. Ego aũt fratres
ſi circũciſionem adhuc predico
quid adhuc perſecutionẽ patior
Ergo euacuatũ eſt ſcandalũ cru
cis. vtinaꝫ et abſcidãtur qui vos
cõturbãt. Quicũqꝫ eni volũt pla
cere ĩ carne hi cogũt vos circũci
di. tantũ vt crucis chriſti perſecu
tionem nõ patiãtur. neqꝫ eni qui
circũciduntur legeꝫ cuſtodiũt. ſꝫ
volunt vos circũcidi vt in carne
veſtra gloriẽtur. Michi aũt ab
ſit gloriari niſi in cruce domini
noſtri ieſu chriſti per quẽ michi
mund⁹ crucifix⁹ ẽ et ego mũdo.

Confido de uo
bis in dño ꝙ ꝛc. Galathe ſunt
greci ⁊ iſti ſeducti erant a via
veritatis ꝑ falſos apl̃os q̃ p̃dicabant ſi
mul circũciſionẽ cũ euangelio eſſe neceſ
ſariaꝫ ad ſalutẽ. Et illos apl̃s paul⁹ in p̃
ſenti epl̃a reuocat ad viã veritatis dicẽs
⌊Fratres Cõfido de vobis⌋ ly. ꝙ ad mo
nitionẽ meaꝫ vos corrigatis ⌊in dño⌋ .i.
ꝑ adiutoriũ dei ⌊ꝙ nichil aliud ſapiatiſ⌋
niſi veritatẽ euãgelij quã p̃dicaui vobiſ
⌊qui aũt ꝯturbat vos⌋ Ly. aſſerendo ꝙ
ſine circumciſione ſaluari non poteritis
⌊portabit iudiciũ⌋ Glo. i. eſt ſuſtinebit
ꝯdemnationẽ ⌊quicunqꝫ eſt ille⌋ .i. quã
tuſcunqꝫ ſit ⌊ego aũt fratres ſi circũciſio
nem adhuc p̃dico⌋ Ly. dicẽdo ꝙ neceſſa
ria ſit ad ſalutẽ ⌊quid adhuc pſecutõem

patior ⌋.ſ.a iudeis.q.d.non paterer ſi ita
eſſet.qꝛ ꝑ nulla re ꝑſequunt̃ me iudei ni/
ſi hac de cauſa ⁊c.⌊ ergo euacuatū eſt ſcā
dalū crucis ⌋.i.ſcandalū q̄ iudei ī mea ꝑ/
dicatōe ſcādalizabant̃.qꝛ iudei nō ſcāda
lizabant̃ de paulo ꝑ̄dicāte ieſū nazarenū
crucifixū fuiſſe.ſʒ qꝛ ꝑ̄dicabat eū verum
chriſtū eē ⁊ circūciſiōeʒ euacuaſſe⌊ vtinā
abſcidāt̃ ⌋ly.i.totaliter a vobis ſeparent̃.
⌊ q̄ vos ꝯturbant ⌋ dicentes ꝙ circūciſio
ſit vobis neceſſaria ad ſalutē⌊ Quicūqʒ
enī volūt placere ⌋.ſ.iudeis⌊ ī carne ⌋.i.in
legalibꝰ obſ̃uantijs⌊ hi cogūt vos circū
cidi ⌋ly.i.ad hoc voſ inducūt⌊ tantū ⌋ſup
ple hoc faciūt ⌊ vt crucis chriſti ꝑſecutio
nē ⌋Gor.i.ꝑſecutōeʒ q̄ ꝑ ꝑ̄dicatōe crucis
chriſti infert̃⌊ nō patiant̃ ⌋.ſ.a iudeis q̄ ꝑ/
ſequebant̃ ꝑ̄dicatores crucis ⌊ neqʒ eniʒ
q̄ circūcidunt̃ ⌋ly.ſ.falſi apli⌊ legeʒ cuſto/
diūt ⌋qꝛ ī multis trāſgrediebant̃⌊ ſed vo
lunt vos circūcidi vt ī carne veſtra glo/
rient̃ ⌋.ſ.apud iudeos de veſtra circūciſi
one iactādo ſe ꝙ multos ꝓſelitos legis
fecerūt⌊ Michi aūt abſit gloriari niſi in
cruce dn̄i noſtri ieſu chriſti ⌋ly.i.in fide ⁊
ꝑ̄dicatōne chriſti crucifixi⌊ ꝑ quē ⌋.ſ.chri
ſtū crucifixū⌊ michi mundꝰ crucifixꝰ ē ⌋
Ly.i.ꝯcupiſcentia mūdi eſt mortua nul/
lam virtutē habēs in me ⌊ ⁊ ego mūdo ⌋
qꝛ amplꝰ nichil mundanū quero.

¶ In feſto ſancti Johannis ba
ptiſte. Eſa. xlix.

Audite īſule et attēdite populi de lon
ge. dominus ab vtero
vocauit me. de vētre matriſ mee
recordatꝰ eſt nois mei. Et poſuit
os meū quaſi gladiū acutum. in
vmbra manꝰ ſue ꝓtexit me et po
ſuit me ſicut ſagittā electā. ī pha
retra ſua abſcondit me et dixit
michi. ſeruꝰ meꝰ es tu iſrael. qꝛ in
te gloriabor. Et ego dixi. inuacu
um laboraui. ſine cā et vane for
titudinē meā conſūpſi Ergo iudi
ciū meū cū domino et opꝰ meuʒ
cū deo meo. et nūc dicit dominꝰ
formans me ex vtero ſeruū ſibi.
Ecce dedi te ī lucē gentiū vt ſis
ſaluſ mea vſqʒ ad extremū terre
Reges videbūt et cōſurgēt prin
cipes et adorabunt, ꝓpter domi
nuʒ deū tuū et ſanctū iſrael qui
elegit te.

Audite īſule et attendite ꝑpli ⁊c. Ante initiū
illiꝰ ꝓphetie habet̃. ꝙ cū edu
ceret dn̄s filios iſrael de egipto Aquā d̄
petra ꝓduxit eis in deſerto ⁊ ſcidit petrā
⁊ fluxerūt aque Nō eſt pax impijs dicit
dn̄s. Tūc ſtatim ſequit̃ ꝑſens lectio q̄ ꝑn
cipaliter exponit̃ d̄ chriſto⌊ hec dicit dn̄s
Audite inſule ⌋glo.ordi.ſub inſulaꝝ no/
mine alloquit̃ dn̄s deus in ꝑſona filij ec/
cleſias de gentibꝰ collectas⌊ ⁊ attendite
ꝑpli de longe ⌋.i.ab extremis terre⌊ dn̄s
ab vtero vocauit me. ⁊ de ventre matriſ
mee recordatꝰ eſt nois mei ⌋ly.hoc dicit̃
in ꝑſona chriſti hois de q̄ adhuc exiſtēte
in vtero matris dixit dn̄s ꝑ angelū ſuuʒ
ad Joſeph mat.i. Uocabis nomen eiꝰ ie
ſum. Ipe enī ſaluū faciet ꝑplm ſuū a pec/
catis eoꝝ⌊ ⁊ poſuit os meū q̄ſi gladium
acutū ⌋Ly.in q̄ notat̃ efficacia verbi chri
ſti ad extirpandū vicia⌊ in vmbra manꝰ
ſue ⌋.i.ꝑtātis ſue⌊ ꝓtexit me ⌋nō enī fuit
captꝰ a iudeis niſi qn̄ voluit ⁊ ſe ſponte
obtulit. vt patet Johā. xviij. Dixi vobis
qꝛ ego ſū. ſi ergo me queritis. ſinite hos
abire⌊ ⁊ poſuit me ſicut ſagittā electā ⌋in
hebreo habet̃ clarā.i.lunatā. ꝑ hoc intelli
gitur puritas ⁊ claritas doctrine chriſti
⌊ in pharetra ſua ⌋.i.in ſua ꝓuidētia⌊ ab/
ſcondit me ⌋.i.vſqʒ ad tempꝰ reuelatōis
mee⌊ ⁊ dixit michi ſeruꝰ meꝰ es tu ⌋ratō
ne humanitatis in qua accepit formam

ſerui. vt patet Philip. ij. Semetipm̄ exi
naniuit formā ſerui accipiēs ⌊ iſrael ⌋ ſic
noīaī chriſt⁹. q2 de pplō iſrael nat⁹ ⌊ q2 in
te gloriabor ⌋ p miracula diuine ptātis
ꝛ excellētie demonſtratiua ⌊ ꝛ nunc dicit
dn̄s formans me ex vtero ſeruū ſibi ⌋ ly.
q2 ab inſtanti in incarnatōe fuit diuini-
tus corpus chriſti formatū ꝛ animatū ꝛ
ſic ex tūc pfect⁹ fuit chriſt⁹ oīb⁹ ſciētijs ꝛ
cariſmatib⁹ ⌊ dedi te in lucē gentiū ⌋ ly. et
hoc p ſuſceptōez luminis fidei ⌊ vt ſis ſa-
lus mea ⌋ .i. a me miſſa ꝛ data ⌊ vſq3 ad
extremū terre ⌋ ly. ꝛ hoc modo dixit chri-
ſtus aplis Act. j. Eritis michi teſtes in
hieruſalē ꝛ ī omī iudea ꝛ ſamaria ꝛ vſq3
ad vltimū terre ⌊ Reges videbūt ⌋ ly. mi-
rabilia in virtute nois chriſti fienda per
aplōs ꝛ p eoꝝ ſucceſſores ⌊ ꝛ ꝯſurgēt pn-
cipes ⌋ ad ſtatū fidei chriſtiane qd̄ maxi-
me patuit tpe ꝯſtantini ⌊ ꝛ adorabūt do-
minum deū tuū ꝛ ſanctū iſrael ⌋ .ſ. deum
patrē ⌊ qui elegit te ⌋ ly. ſ. chriſtū hominē
ad op⁹ redemptōis humane.

¶ In feſto beatorū Petri et pau
li apoſtolorū. Act. xij.

Miſit herodes
rex man⁹ vt affligeret
quoſdā d̄ eccleſia. Oc
cidit aūt iacobū frēm
iohānis gladio. vidēs aūt q2 pla
ceret iudeis appoſuit appreheu
dere et petrū. Erant aūt dies azi
morū. Quē cū apprehēdiſſet mi
ſit in carcerem. tradēſq3 eū quat
tuor quaternionib⁹ militū cuſto
diendū volēs poſt paſca pducere
re eū pplō. Et petr⁹ quidē ſerua
batur ī carcere. oratio aūt fiebat
ſine intermiſſiōe ab eccleſia ad
deū p eo. Cū aūt pducturꝰ eū eēt
herodes. in ipſa nocte erat pe
tr⁹ dormiēs inter duos milites
vinct⁹ cathenis duabuſ et cuſto
des ante hoſtiū cuſtodiebāt car
cerez. Et ecce angel⁹ domini aſti
tit et lumen refulſit ī habitaculo
percuſſoq3 latere petri excitauit
eū dicēs. Surge velociter. et ceci
derūt cathene de manib⁹ ei⁹. Di
xit aūt angel⁹ ad eū. precingere.
et calcia te caligas tuas. et fecit
ſic. et dixit illi. Circūda tibi veſti
mentū tuū et ſequere me. et exiēſ
ſequebatur eū. et neſciebat q2 ve
rū eſt qd̄ fiebat per angeluz. Exi
ſtimabat autem ſe viſum videre
Tranſeūtes aūt primā et ſecun
dam cuſtodiā venerūt ad portaz
ferreā que ducit ad ciuitatez que
vltro aperta eſt eis. et exeūtes p
ceſſerūt vicū vnum. Et cōtinuo
diſceſſit ab eo angel⁹. et petr⁹ ad
ſe reuerſus dixit. nunc ſcio vere
q2 miſit dominus angelū ſuū et
eripuit me de manu herodiſ et d̄
oī expectatōe plebis iudeorū.

Miſit herodes
rex manus vt affligeret ꝛc.
Ante initium illius lectio-
nis ſcribit ſanctus Lucas
q ſanctus paulus ꝛ ſanctus barnabas
predicauerunt in antiochia per integrū
annum ꝛ docuerunt multam turbā. ita
vt cognominarent̄ primū antiochie di-
ſcipuli chriſtiani. Ly. Añ enī credētes in
chriſtū vocabant̄ tātū diſcipuli. ſ3 tūc ce
perunt noīari chriſtiani a chriſto. In his
aūt dieb⁹ ſupuenerūt ab hieroſolimis p
phete ātiochiā. ꝛ ſurgēs vn⁹ ex eis noīe
Agab⁹ ſignificabat p ſpūm ſanctū famē
magnā futurā in vniuerſo orbe terrarū.
Que facta eſt ſub claudio ceſare. Diſci-
puli aūt put q̄ſq3 habebat pponuerunt
ſinguli ī miſteriū eoꝝ mittere habitanti
b⁹ ī iudea fratrib⁹. Ly. Fuerāt enī bonis

tꝑalibꝰ ſpoliati in pſecutiōe q̄ mota fuit
in morte ſtephani. ꝓpt̄ qḋ indigebāt ab
alijs credētibꝰ auxiliari maxīe tp̄e famiſ
Qḋ ⁊ fecerūt mittētes ad ſeniores .ſ. curā
multitudīs hn̄tes p manus Barnabe ⁊
pauli. Tūc ſtatim ſequit̄ pn̄s lectio ⌊ In
diebꝰ illis Miſit herodes rex ⌋ Pro itel
lectu lrē ſciēdū ꝙ tres fuerūt herodes in
iudea de qbꝰ ſcriptūa facit mentōez. Pri
mus fuit herodes aſcalonita. ⁊ iſte fuit
inſtitutꝰ rex iudee a romanis cuiꝰ pater
fuit ydumeꝰ. Et tp̄e iſtiꝰ herodis natus
eſt chriſtꝰ. ⁊ iſte herodes occidit pueros
innocētes vt habet̄ mat. ij. Secūdus vo-
catꝰ fuit herodes antipas. Et iſte decol-
lauit Johānē baptiſtā. Tertiꝰ vocatꝰ fu
it agrippa. ⁊ licet iſte ī pͥncipio fuerit pau
per tn̄ poſtea fauētibꝰ ſibi duobꝰ impa-
toribus romanis .ſ. gayo ⁊ claudio fuit
eleuatꝰ ad regnuz. Et iſte de roma veni
ens ī iudeā honorifice valde fuit receptꝰ
a iudeis. ꝓpter qḋ in fauorē eoꝝ occidit
Jacobū fratrē Johānis. ⁊ incarcerauit
Petꝝ. Vn̄ vſus. Aſcalonita necat pue-
ros. antipa iohannez. agrippa iacobum
claudēs ī carcere petꝝ. Et hoc ē qḋ dicit̄
ī pͥncipio pſentis lectōis ⌊ In diebꝰ illis
Miſit herodes rex manꝰ ⌋ .i. ptātez ſuā.
⌊ vt affligeret quoſdā de eccleſia ⌋ ſuple
credentiū ⌊ occidit aūt Jacobū fratrē io-
hānis gladio ⌋ Nō ſolū chriſtianos affli
xit. ſ; etiā occidit ⌊ vidēs autē q: placeret
iudeis ⌋ .ſ. occiſio iacobi ⌊ appoſuit ⁊ app-
hēdere petꝝ ⌋ glo. ordi. q: plꝰ placeret iu
deis ſi pͥnceps occideret ⌊ erant aūt dies
azimoꝝ ⌋ ly. qn̄ apphendit petꝝ. ⁊ hoc ad
dit ad ſignificandū cām q̄re nō ſtatiz oc
cidit petꝝ ſic̄ fecerat d̄ iacobo. volebat eī
expectare trāſitū ſolēnitatis paſcalis in
q̄ iudei ſeptē diebꝰ veſcūt̄ panibꝰ azimo
rū. ⁊ etiā q: n̄ licebat ī paſca quenq̄z occi
dere ⌊ quē cū apphēdiſſet miſit ī carcerē ⌋
ly. ne poſſet effugere ⌊ tradēs eū q̄ttuor
q̄ternionibꝰ militū cuſtodiēdū ⌋ Or aūt q̄
ternio q̄ hꝫ q̄ttuor milites ſub ſe ſicut cē-
turio q̄ habet centū ⌊ volēs poſt paſca ꝓ
ducere eū ꝑplō ⌋ .i. exponere morti ꝓ volū
tate ꝑpli ⌊ ⁊ petrꝰ q̄dē ſuabat̄ in carcere.
Oratio aūt fiebat ſine intermiſſiōe ab ec
cleſia ad deū ꝓ eo ⌋ ly. vt chriſtꝰ adhuc in
vita ſuaret ſuū vicariū ⌊ cū āt ꝓducturꝰ
eū eſſet herodes ⌋ .ſ. de carcere vt occide-
ret ⌊ ī ipa nocte ⌋ imediate p̄cedēte ⌊ erat
petrꝰ dormiēs īter duos milites. vinctꝰ
cathenis duabus ⁊ cuſtodes an̄ hoſtiū
cuſtodiebant carcerē ⌋ ly. petrꝰ ita cuſto
ditꝰ fuit ꝙ nō patebat ei euaſio via hūa
na. Sꝫ q: deficiēte hūano ſubſidio ſolet
adeē diuinū. iō ſubdit ⌊ ⁊ ecce angelꝰ dn̄i
aſtitit ⌋ ad petri liberatōez ⌊ ⁊ lumē reful-
ſit ī habitaculo ⌋ carceris .ſ. ad eiꝰ ꝯſolati
onē ⌊ ꝑcuſſoq; latere petri excitauit eū. d.
Surge velociter. ⁊ ceciderūt cathene de
manibꝰ eiꝰ. dixit autē angelꝰ ad eū. p̄cin
venite ad iudicium⌊ ⁊ in tuba dei⌋ id eſt
chriſti. Et vocat voceꝫ illā tubā propter
ſonū eius terribilē⌊ deſcendet de celo⌋ lo
caliter in aere. Nam iudicabit in forma
humana. ſicut dicitur Act. j. Hic ieſus q̇
aſſumpt⁹ eſt a vobis in celum. ſic veniet
quēadmodum vidiſtis eum euntem in
celum⌊ ⁊ mortui qui in chriſto ſunt⌋ .i. in
eius fide mortui⌊ reſurgent primi⌋ tēpo
re ſcḋm quoſdā. ſcḋm alios nō tempore ſed
dignitate⌊ deinde nos qui viuim⁹⌋ gor.
id eſt illi de nobis q̇ ceteris mortuis tūc
viui erunt⌊ qui relinquimur⌋ .i. qui reſi
dui ab antichriſti perſecutionib⁹ erim⁹
⌊ſimul cum illis⌋ qui nos ad requiem
preceſſerunt⌊ rapiemur in nubib⁹⌋ ſcili/
cet ab angelis⌊ obuiam chriſto⌋ Ly. id ē
venienti ad iudicium⌊ in aera⌋ vbi pro/
fert ſententiam iudicij ſuper vallē Joſa/
phat. Unde iohel. iij. Cōgregabo omēs
gentes ⁊ deducā eas in vallem ioſaphat
qꝛ ibi ſedebo vt iudicem omnes gentes.
⌊⁊ ſic ſemper cum domino erimus⌋ qꝛ
electi a chriſto nō ſeparabuntur ampli/
us. ſed ſemper erunt ſibi coniuncti. nō ſo
lum in anima. ſed etiā in corpe⌊ itaqꝫ cō/
ſolamini⌋ Glo. ordi. ſ. de morte animaꝝ.
⌊inuicē⌋ .ſ. alter ad alterū⌊ in v̓bis iſtis⌋
ſcꝫ de reſurrectione fideliū.

¶ Sequitur alia epiſtola ī āniuer
ſario defunctorū. ij. Mach. xij.

In dieb⁹ illis. uir for
tiſſimus iudas facta collatione
duodecim milia dragmas argē
ti miſit hieroſolimaꝫ offerri ea p
pctis mortuorū iuſte et religioſe
d̓ reſurrectōe cogitāſ. Niſi ei eos
q̇ ceciderāt reſurrecturos ſparet

ſuperfluum videretur et vanum
orare pro mortuis. Et quia conſi
derabat q; hi qui cū pietate dor
mitionem acceperāt. optimā ha
berent repoſitaȝ gratiā. Sancta
ergo et ſalubris eſt cogitatō pro
defunctis exorare vt a peccatis
ſoluantur.

In dieb⁹ illis. uir for
tiſſim⁹ iudas ⁊c. Ante initiū illi⁹ epiſto
le legitur de maximis ꝑlijs ⁊ triumphis
que iudas machabeus cum fratribus
ſuis dei adiutorio obtinuit. Primo q̄n
dam ciuitatem firmam muris. nomine
caſphym in qua habitabant turbe ꝑmi
ſcuaꝝ gentium qui cōfidebant in ſtabi
litatem muroꝝ remiſſius agebant male
dictis laceſcentes iudā ac blaſpheman
tes ⁊ loquētes que phas non eſt dicere.
Machabeus aūt inuocato diuino au
xilio innumerabileſ interfecit vt ſtagnū
circa iacens ſanguine flueret. Iteȝ poſt
hoc iudas machabeus cuȝ ſex milibus
iuit ꝯtra thimotheū qui habuit. cxx. mi
lia peditum. ⁊ equitū duo milia quingē
ti. Et iudas cū ſex milib⁹ ꝓſtrauit trigin
ta milia virorum. Itē poſt hoc mouit iu
das machabe⁹ exercitū contra Gorgiā
prepoſitū ydumee cū tribus milibus pe
ditum. ⁊ equitibus quadringētis. Qui
bus ꝯgreſſis pauci ruere iudeoꝝ. Poſt
hoc venerūt ſepelire interfectos de iude
is. ⁊ inuenerunt ſub tunicis interfectorū
de donarijs ydoloꝝ. Ly. i. de reb⁹ precio
ſis cultui ydoloꝝ dedicatis. a quib⁹ lex
prohibet Deut. vij. omnib⁹ ergo mani
feſtum eſt ob hanc cauſaȝ eos corruiſſe.
omnes itaq; benedixerunt iuſtū iudici
um domini. qui occulta fecerat manife
ſta. Tunc poſt hoc ſequitur ꝑſens lectio
In diebus illis Uir fortiſſimus iudas
facta collatōe duodecim milia dragmaſ
argenti. miſit Hieroſolimā offerri ea ibi

pro peccatis mortuorum Ly. ſ. ſic inter
fectorum in bello iuſte ⁊ religioſe de re
ſurrectione. ſ. futura cogitans. Niſi ei
eos qui ceciderant reſurrecturos ſpera
ret. ſuperfluū videretur ⁊ vanū orare p
mortuis. Et q2 ꝯſiderabat q2 hi qui cum
pietate dormitionē acceperant optimā
haberent repoſitā gratiā. Sancta ergo
⁊ ſalubris eſt cogitatio pro defunctis ex
orare vt a peccatis ſoluantur Sȝ forte
videretur alicui q2 factū hoc fuit fruſtra
eo q2 iſti ſic interfecti videnī mortui ī pec
cato mortali habētes ſecū donaria. Re
ſpondet Nico. de lyra. q2 iudas macha
beus ⁊ ſocij eius debebant probabiliter
iudicare q2 illi interfecti penituiſſent in
morte. ⁊ ſic orationes ⁊ oblationes vale
bant eis. eo q2 mortui erāt ī ſtatu ſalutis

Explicit poſtilla ſuper epl'as.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

¶ Incipit poſtilla ſuper euãgelia
et primo dominicalia ſecundum
ſenſum litteralẽ. iuxta cõcordan
tias euãgeliſtarum.

¶ Dominica prima aduentus.
Euangeliũ ſcdm Mattheũ. xxi.

IN illo tempo
re. Cũ appropinquaſ
ſent hieroſolimis. et
veniſſent bethphage ad
montem oliueti. tunc
miſit duos đ diſcipulis ſuis dicẽſ
Ite in caſtellũ qđ cõtra vos eſt.
et ſtatim inuenietis aſinã alliga
tam et pullũ cũ ea. ſoluite et ad
ducite michi. Et ſi quis vobiſ ali
quid dixerit. dicite. q2 dominus
his opꝰ habet. et cõfeſtim dimit
tet eos. Hoc aũt totũ factũ eſt.
vt adimpleretur qđ dictũ eſt per
prophetã dicentẽ. Dicite filie ſy
on. Ecce rex tuꝰ venit tibi mãſue
tus ſedẽs ſuper aſinã et pullum
filiũ ſubiugalis. Euntes autẽ diſci
puli fecerũt ſicut precepit illis ie
ſus. Et adduxerũt aſinã et pullũ
et impoſuerũt ſuper eoſ veſtimẽ
ta ſua. et eũ deſuper ſedere fece
runt. Plurima aũt turba ſtraue
runt veſtimenta ſua in via. Alij
aũt cedebãt ramos de arboribꝰ.
et ſternebãt ĩ via. turbe autẽ que
precedebãt et que ſequebãtur cla
mabant dicentes. Oſanna filio
dauid. benedictus qui venit ĩ no
mine domini.

CUm appropin
quãſſent hieroſolimis Math.
xxi. Mar. xi. Luc. xix. Joh. xii.
Hiſtoria huiꝰ euangelij facta eſt Anno
chriſti. xxxiij. xiij. kl. april. dñica. luna. x. in
dictione. vj. Ante initiũ hodierni euange
lij habet Joh. xij. q ante ſex dies paſce. id
eſt ſabbato ante diẽ palmarũ. chriſtus ve
nit bethaniã. qđ erat caſtellũ marthe ⁊
marie magdalene. diſtans a hieruſalẽ
duo parua miliaria. q faciunt vnũ dimi
diũ miliare apud nos. ſ. ĩ partibꝰ alema
nie. vbi fecerũt chriſto cenã. ⁊ martha mi
niſtrabat. Lazarꝰ vero erat vnꝰ ex diſcũ
bentibꝰ. Maria magdalena aperuit pi
xidem de alabaſtro vnguẽti nardi ſpica
ti precioſi. ⁊ vnxit caput ⁊ pedes dñi. Con
uenerunt aũt bethaniã multi. nõ tantũ
ꝓpter ieſum. ſed vt lazarũ viderent reſu
ſcitatũ. Cogitauerũt aũt principes ſacer
dotũ. vt ⁊ lazarũ interficerẽt. q2 multi ꝓ
pter illũ abibant ex iudeis ⁊ credebãt in
ieſum. Sequẽti vero die. ſ. in die palma
rum. mane facto chriſtus de bethania re
ceſſit vt veniret hieruſalẽ. ⌊ Cũ aũt appro
pinquaſſent hieroſolimiſ ⁊ veniſſent bet
phage ⌋ Lx. q erat villa parua in deſcẽſu
montis oliueti verſus hieruſalẽ. ⁊ erat
ſacerdotũ. quia licet ſacerdotes non ha
berent hereditates ad colendũ. habebãt
tamẽ domos ad animalia nutriẽda ⌊ ad
montẽ oliueti ⌋ qui diſtat a hieruſalem
mille paſſus. qui faciunt vnũ miliare. id
eſt iter ſabbati habens. vt patet Actu. j.
⌊ Tunc miſit duos de diſcipulis ſuis ⌋ q
fuerunt petrus ⁊ philippuſ. vt dicũt Am
bro. ⁊ Cryſo. ⁊ etiã hilarius ⌊ dicens. Ite
in caſtellũ ⌋ id eſt ad hieruſalẽ que erat
ſita ad radices alterius montis. ſcz ſyon
⌊ qđ eſt ꝯtra vos ⌋ id eſt vobis ex oppoſi
to. Hic etiam dicitur q dominus noſter
ieſus chriſtus preuidebat contradictio
nem futuram in hieruſalem contra apo
ſtolos. quia poſt aſcenſionem chriſti iu
dei perſequebantur apoſtolos ⁊ flagel
labant eos omnes ſimul ⁊ prohibuerũt
ne amplius predicarent populo in hoc
nomine. Reſpondit petruſ. Oportz deo
plus obedire q3 hominibus Act. v. Vn
de in pſ. liiij. Iniquitatem ⁊ ꝯtradictiões

12

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

vidi in ciuitate ⁊ ſtatim inuenietis aſi-
nam alligatam ⁊ pullum cum ea ad lit-
teram dicitur ꝗ in hieruſalem erat aſina
cõmunis deputata cõmunibus vſibus
pauperꝫ qui non poterant habere iumẽ-
ta ⁊ erat ante domum cuiuſdã ligata vl'
in cõmuni loco vt qui ea indigebat die
qua habebat eã ei pabulũ dabat. pulluſ
aũt eius nutriebat᷑ ad eoſdem vſus. Et
hoc ſm hiero. ⁊ raba. ſoluite ⁊ adducite
michi. Et ſi quis vobis aliquid dixerit
ſcilicet impedire volens dicite q: dñs
his opus habet. ⁊ ꝯfeſtim id eſt ſine cõ-
tradictione dimittꝫ eos Unde Cryſo.
Uirtus chriſti apparuit corã eo id eſt cu-
ſtodes illorũ animaliũ ad dandũ igno-
tis Hoc aũt factũ eſt vt adimpleret᷑ qđ
dictũ eſt per ꝓphetam dicentẽ zacha. ix.
dicite filie ſyon Ly. hoc eſt ciuitati hie-
ruſalem ꝗ dicebat᷑ filia ſyon. q: in monte
ſyon erat fortaliciũ ciuitatis ⁊ ꝓtegebat᷑
ciuitas ab illa parte ſic᷑ filia a matre Ec-
ce rex tuus id eſt chriſtꝰ venit tibi mã-
ſuetus ſedens ſuper aſinã ⁊ pullũ filiũ
ſubiugalis primo enĩ ſedit ſuper pullũ
q: tñ nõ erat domitus. q: nondũ fuerat
applicatꝰ humanis vſibꝰ. vt dicit᷑ Mar.
xi. ⁊ Luce. xix. ideo ſedit poſtea ſup aſinã
Hoc aũt factũ eſt in figura. q: ꝑ pullum
ſignificat᷑ populꝰ gẽtilis ꝗ nõ fuerat ſub-
iectus iugo legis. per aſinã vero populꝰ
iudaicꝰ qui laborauerat ſub lege. Ad ħ
aũt veniebat chriſtꝰ in mundũ vt vtrun-
qꝫ populũ ſubiugaret ſibi ꝑ fidẽ catholi-
cam. Notandũ aũt ꝙ huic facto adhibe-
tur ꝓphete zacharie teſtimoniũ vt appa-
reat dñm ieſum oĩa que de ipſo ſcripta
ſunt cõpleuiſſe. ſed ſcribe ⁊ phariſei ceca-
ti malicia nõ intellexerũt ea que legerũt.
Et iſtud dictũ ꝓphetie extenditur ad du-
plicem aduentũ chriſti. ſcꝫ ad aduentũ
in carnẽ ⁊ ſic legit᷑ hoc euangeliũ ĩ ꝑma
dominica aduentꝰ ſm rubricã ordinis
ꝑdicatorũ. ⁊ ad aduentum in hieruſalẽ
⁊ ſic legitur in dominica palmaꝝ Eun-
tes autem diſcipuli fecerunt ſicut prece-
pit illis ieſus. ⁊ adduxerunt aſinã et pul-
lum. ⁊ impoſuerunt ſuper eã veſtimẽta
ſua. ⁊ eum deſuper ſedere fecerunt hec
fuit reuerẽtia quã diſcipuli chriſto exhi-
buerunt. q: non permiſerũt eũ equitare
ſup nudo. ſed ei loco ſelle veſtimẽta ſua
impoſuerunt plurima autẽ turba ſtra-
uerunt veſtimenta in via ſcilicet ſub pe-
dibus aſine ne offenderet ad lapideꝫ. Et
etiam hoc factũ eſt ipſi chriſto a populo
in ſignum reuerentie Alij autem cede-
bant ramos de arborıbꝰ ⁊ ſternebant in
via qđ erat alacritatis ⁊ gaudij ſignũ.
vt dicit hieronimꝰ. Et eſt veriſimile ꝙ đ
omni genere pulcrarum arborum ⁊ ꝑci-
pue oliuaꝝ. Unde eccleſia cantat Pue-
ri hebreorũ tollentes ramos oliuarũ
ꝛc. Cantat etiã de floribus ⁊ palmis. Oc-
currunt turbe cum floribꝰ ⁊ palmis. In
illa enĩ calida regione tunc arbores citi-
us florent. Ideo eſt credibile ꝙ pulcrio-
res frondes cum floribus ſuis vl' etiam
flores alios de terra carpebant ꝑ ameni-
tate ⁊ iocunditate oſtendẽda turbe au-
tem que precedebant ⁊ que ſequebãtur
clamabant dicẽteſ Oſanna filio dauid
cum enim chriſtus eſſet in deſcenſu mõ-
tis oliueti auditum eſt hieroſolimis de
aduentu eius. ⁊ tunc turba multa ꝗ cõ-
uenerat ad diem feſtũ proceſſit ei obui-
am. quia audierant miraculum de ſuſci-
tatione lazari. Multa etiã turba comi-
tabatur eum de bethania veniendo. et
ſic omnes ſimul ſcilicet obuiãteſ ⁊ comi-
tantes fecerunt ei reuerentiam claman-
tes ⁊ dicẽtes Oſanna filio dauid. Oſan-
na interpretatur: obſecro domine ſaluũ
me fac. Filio dauid id eſt per filiũ dauid
ſcilicet chriſtum benedictus qui venit
ſcilicet a domino deo miſſus in nomie
domini Unde pſ. Narrabo nomen tu-
um fratribus meis. Itẽ ſm marcum

turbe adhuc adiunxerunt ſecundaʒ lau-
dem dicentes. Benedictum regnuʒ pa-
tris noſtri dauid. quaſi diceret. Benedi-
ctum regnum patris noſtri dauid qđ re-
ſtitutum eſt nunc in aduentu tuo. Item
ſm̄ Luc. terciam laudem addiderunt di-
centes. Pax de celis ⁊ gloria in excelſis.
Item ſm̄ Johannem quartam laudeʒ
addiderunt dicentes. Benedictꝰ rex iſra-
el qui venit in nomine domini. Et ſic re-
ceperunt eum omnes turbe tanq̄ʒ regeʒ.
¶ Circa preſens euangeliū vbi dicitur.
Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. eſt
diligenter ſciendum ꝙ aduentus chriſti
deſiderabatur a ſuperioribus ſcilicet ab
angelis vt reſtaurarent̄. Naʒ per incar-
nationem filij dei ſedes demonum cadē-
tium ſunt implete. Item deſiderabatur
ab inferioribus ſcilicet a ſanctis patribꝰ
de limbo vt inde extraherentur. qui ibi
detinebantur captiui. qui per aduentuʒ
filij dei ſunt liberati. vt patet zach. xj. Tu
aūt in ſanguine teſtamenti eduxiſti vin
ctos đ lacu in quo non erat aqua ꝛc. Itē
deſiderabatur a modernis qui pro tūc
erant in medio id eſt in mundo vt in eiꝰ
fide ⁊ merito ſaluarentur. non deſcendē
tes amplius in infernum. quia poſt eius
aduentum celum aſcendunt omnes qui
credunt in ipſū in vita glorie permanſu-
ri. vt patet Johannis. iij. Sic deus dile-
xit mundum vt filiū ſuū vnigenitum da
ret. vt omnis qui credit in ipſum non pe
reat ſed habeat vitam eternam ¶ Itē di-
ligenter notandum ꝙ totuʒ tempus an-
te aduentum chriſti fuit tempus rigoris
⁊ iuſticie Nā deus in eo magnā iuſticiā
exercuit. vt patet in lucifero ⁊ angelis eiꝰ
quos propter motū vnū ſuperbie de ce-
lo proiecit. Eſa. xiiij. Itē patet in primis
parentibus quos propter vnuʒ pomuʒ
vetituʒ quod comederunt de paradiſo
eiecit. Geñ. iij. Itē patet in diluuio. ī quo
propter peccatū carnis totuʒ genus hu

manum ſubmerſit exceptis octo homi-
nibus Geñ. vij. Idem etiā patet in quin
q̄ʒ ciuitatibꝰ Sodoma Gomorra Ab-
dama Seboiʒ ⁊ Segor. vt patet Geñ.
xix. Pluit dominus ſuper ſodomā ⁊ go
morram ſulphur ⁊ ignē de celo ⁊ ſubuer
tit has ciuitates ⁊ omnem circa regionē
vniuerſos habitatores vrbiū. ⁊ cuncta vi
rentia terre. Idem patet in multis locis
veteris teſtamenti. vbi oſtenditur ꝙ deꝰ
magnas iuſticias exercuit in homines.
Nā hec ſententia ⁊ admiranda iuſticia
omnes patriarchas ⁊ prophetas. ac etiā
omnē hominē quantūcūq̄ʒ ſancte viue-
ret mittebat ad carcerē inferni. Geñ. xxx
vij. Deſcendā ad filiū meū lugens in in-
fernū. ac etiā Johannē baptiſtā de quo
chriſtus teſtatus eſt. Quod inter natos
mulierū non ſurrexit maior iohanne ba
ptiſta Matth. xj. cap. Unde ps. Domi-
ne in celo miſericordia tua. quia miſeri-
cordia protunc videbatur eſſe in celo cū
angelis. At vbi venit plenitudo tēporis
Gal. iiij. ſcilicet tēpus gratie ⁊ miſericor
die. quod incepit in aduentu chriſti. cir-
cūquaq̄ʒ regnat. ⁊ ꝓualet miſericordia
iuſticie. Unde pſal. cxviij. Miſericordia
tua domini plena eſt terra. Hoc ſic pro
batur. quia chriſtus poſt aduentū ſuuʒ
regnū celoꝝ precioſiſſimū vili precio vē
didit. Nā primo ipſū dedit apoſtolis ꝓ
naui ⁊ rheti. vt patet Matth. iiij. relictis
rhetibus ⁊ naui ſecuti ſunt eū. Secūdo
zacheo dedit pro dimidio bonorū ſuoꝝ
vt patet Luce. xix. Ecce dimidiū bonorū
meorū domine do pauperibus. Tercio
dedit alijs pro reſidua parte diuitiaruʒ
ſuarū. vt patet Luce. xj. Quod ſupereſt
date elemoſinaʒ. ⁊ ecce omnia munda
ſūt vobis. Quarto quibuſdā dat ꝓ duo
bus eribus minimis ſicut paupercule
vidue. vt patet Luce. xxj. Uidit aūt ieſus
⁊ quandā viduā pauperculā mitteteʒ
era minuta duo. Quinto quibuſdā pro

calice aque frigide vt patet Matthei.x. Quicunqꝫ potum dederit vni ex mini‑mis meis iſtis calicem aque frigide nō perdet mercedem. Sexto quibuſdam ꝑ ſola bona voluntate vt latroni in cruce qui dixit. Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. ⁊ reſpondit ei chriſtus. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiſo. Unde auguſtinus. Coronat deus intus voluntatem vbi non inuenit facultatem. ❡ Item notandum ꝙ Hugo de prato ſuper predicta verba. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. dicit ꝙ dominus ieſus chriſtꝰ venit nobis ſeptem modis. Primo venit vt lux ad nos illuminādum. quia omnes ceci eramus. vt patet Eſa. ix. Habitantibus ī regione vmbre mortis. lux orta eſt eis. Secundo venit vt medicus ad ſanandum. quia omnes infirmi ad mortem iacebamus. Unde ps. cvi. Miſit verbum ſuū ⁊ ſanauit eos. Tercio venit vt iuſtus ad iuſtificandum ⁊ peccata remittendum. quia omnes peccauimus. Iuxta illd̕ ad Ro. iii. Omnes peccauerunt ⁊ egēt gratia dei. Matth. ix. Confide fili remittunt̄ tibi peccata tua. Quarto venit vt ignis ad inflamandum quia in dei amore et proximi omnes frigidi manebamus. vt patet Luce. xii. Ignem veni mittere in terram. Quinto venit vt redemptor ad precium nobis ſoluendum. quia omnes pro delicto primorum parentum in carcere inferni detinebamur. Unde apoſtolus. i. Cor. vi. Empti enī eſtis precio magno. Sexto venit vt vita ad viuificādūꝫ quia omnes vita glorie carebamus propter originale peccatuꝫ. Septimo venit vt dominus omnipotens ad patriā noſtram nos deducendo. vt patꝫ Michee ii. Aſcendet enī pandens iter ante eos. Hec hugo de prato.

❡ Dominica ſecunda aduentus
Euangeliū ſecundū Lucā. xxi.

In illo tempore dixit ieſus diſcipulis ſuiſ. Erunt ſigna in ſole et luna et ſtellis. et in terris preſſura gentium pre confuſione ſonitus maris et fluctuum. areſcentibus hominibus pre timore et expectatiōe que ſuperuenient vniuerſo orbi. Nam virtutes celorum mouebūtur. Et tūc videbunt filium hominis veniē‑tem in nube cum poteſtate magna et maieſtate. His autēꝫ fieri incipientibus reſpicite et leuate capita veſtra. quoniaꝫ appropinquat redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinem. Uidete ficulneam et omnes arbores. cū producunt iam ex ſe fructum. ſcitis quoniam prope eſt eſtas. Ita et vos cum videritis hec fieri ſcitote quoniam prope eſt regnū dei. Amen dico vobiſ. qꝛ non preteribit generatio hec. donec omnia fiant. Celum et terra tranſibūt. verba aūt mea nō tranſibunt.

❡ Poſtilla.

Erunt ſigna in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis ⁊c̄. Lu. xxi. Mat. xxiiii. Mar. xiii. Hec predixit dominus ieſus Anno eiꝰ. xxxiii xi. kal̕. aprilis. feria tercia. luna. xii. indictione. vi. Ante initium hodierni euangelii ſcribit ſanctus Lucas in eodem capitulo. ꝙ chriſtus predicens tempus extremi iudicii dixit. Surget gens cōtra gentem ⁊ regnum aduerſus regnum. ⁊ terremotus erunt magni per loca. ⁊ peſtilentie. ⁊ fameſ. terroreſqꝫ de celo. ⁊ ſigna magna erunt. Ue pregnantibus ⁊ nutrientibus in illis diebus. Item d̕ extremo iudicio dicitur etiam Luce. xvii. Sicut fulgur choruſcans d̕ ſub celo in ea que ſub

celo ſunt.ita erit filius hominis ī die ſua
ſcilicet aduentus ad iudicium.Et ſicut
factum eſt in diebus noe.ita erit in die-
bus filij hominis.Edebant ⁊ bibebant
vxores ducebant ⁊ dabantur ad nupti-
as vſqꝫ in diem qua intrauit noe archā
⁊ venit diluuium ⁊ perdidit omnes.Si
militer ſicut factum eſt in diebus Loth.
Edebant ⁊ bibebant emebant ⁊ vende-
bant.plantabant ⁊ edificabant.qua die
autē exijt loth a ſodomis pluit ignem ⁊
ſulphur de celo.⁊ omnes perdidit.Se-
cundum hec erit qua die filius hominiſ
reuelabitur ſcilicet in die iudicij.Unde
etiā de hoc dicitur.j.ad Theſſa.v.Cū di
xerit pax ⁊ ſecuritas tunc repentinꝰ eis
ſuperueniet interitus.

ERunt ſigna in
ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis.Luce.xxj
Matth.xxiiij.Mar.xiij.Sꝫ
que erunt illa ſigna declaratur.Primo
vt habetur Johelis ſecundo.Sol ꝯuer
tetur in tenebras.⁊ luna in ſanguinē an
teqꝫ veniat dies domini magnus ⁊ ter-
ribilis.Itē oſtenſum eſt Johanni.vt ha
betur Apocalip.vj.Sol factꝰ eſt niger
tanqꝫ ſaccus cilicinus.⁊ luna tota facta
eſt ſicut ſanguis.⁊ ſtelle ď celo ceciderūt
ſuper terram.Item chriſtus dicit mat.
xxiiij.Sol obſcurabitur ⁊ luna non da-
bit lucem ſuam.⁊ ſtelle cadent de celo.
Hoc non intelligitur ꝙ cadent de firma
mento.quia minima ſtella ſm aſtrono-
mos eſt maior qꝫ tota terra.ſed tāte im-
preſſiones ⁊ choruſcationes erunt ī ae-
re decurrentes ad terrorem malorꝫ vt
a ſimplicibus hominibus ſtelle cadere
putabuntur.Unde auguſtinus.Tam
ſeua erunt iudicia dei ꝙ ipſum ſol aſpi-
cere non audebit ⁊ in terris preſſura gē
tium pre confuſione ſonitus maris et
fluctuum Glo.appropinquante extre-
mo iudicio erit ſonitus maris terribilis
⁊ fluctuum eius Nam mare eleuabitur
vltra altitudinem mōtium quadragin-
ta cubitis.Unde ps.xcij.Mirabiles ela
tiones maris.Tunc illi qui prope mare
habitabunt in vallibus.fugient ad loca
montana.⁊ comprimēt ſe propter ſoni
tum maris areſcentibus hominibus
Glo.quia ſicut mentē ſecuritas reficit ⁊
impinguat.ſm illud Prouerb.xv.Se-
cura mens quaſi iuge conuiuium ſic ti
mor attenuat ⁊ exiccat.ſm illud prouer.
xvij.Spiritus triſtis exiccat oſſa pre ti
more ſcilicet inſtantium malorꝫ ⁊ ex
pectatione ſ.futurorꝫ adhuc diſtantiꝫ
que ſcilicet timor ⁊ expectatio ſuper
uenient deſuper ſcilicet de celo vniuer
ſo orbi non tantum parti.Ex quo patet
ꝙ nullus erit locuſ refugij.vt patet mat.
xxiiij.Erit tunc tribulatio qualis nō fu
it ab initio mundi vſqꝫ modo neqꝫ fiet.
vt patet Danielis.x.Ueniet tale tempꝰ
quale nō fuit ex quo gentes eſſe ceperūt
nam virtutes celorꝫ mouebunt id eſt
angeli ad modum trementium ſe habe-
bunt.Et angeli dicuntur virtutes celorꝫ
quia ſunt inhabitatores celorum Unde
Cryſoſto.Angeli qui in iudicio aſtabūt
nichil ſibi conſcij videbunt infinitā mul
titudinem condemnari non intrepide.
ſed cum magno tremore illic ſtabunt.
Et tunc videbunt filium hominis ſci-
licet tam boni qꝫ mali.Quia ſm magi-
ſtrum ſententiarū li.iiij.Chriſtus domi
nus in forma hominis iudicabit.⁊ in il-
la ab omnibus videbitur.Erit tamē dif
ferentia ex parte vidētium.quia boni vi
debunt eum cum magno gaudio ⁊ glo
ria.ſed mali cum confuſione ⁊ pena Un
de etiā ſanctus Tho.in quarto di.xlviij.
ſicut viſio glorie humanitatiſ chriſti erit
iuſtis in premiū.ita inimicis chriſti erit
in ſupplicium venientem ſcilicet ad iudi
cium in nube ſcilicet lucida cū ꝑtātē

magna ⁊ maieſtate⸥ quia cum angelis
⁊ omnibus ſanctis in celo exiſtentibus.
Et tunc congregabit omnes gentes in
vallem ioſaphat. vt habetur Iohelis. iij.
Hieronimus vero dicit. Non intelligē-
dum eſt ꝙ in illa parua valle concludan
tur innumerabilia milia hominum. ſed
in locis circumiacentibus. Nam boni ī
aere cum chriſto ſtabunt. Mali vero in
terra quorum infinitus erit numerus.
Cum quibus verus ⁊ iuſtus iudex con-
tendꝫ ⁊ diſceptabit. Conſequenter ī euā
gelio hodierno poſt timorem reprobo-
rum ponitur conſolatio electorum cuꝫ
dicitur ⸤His autem fieri incipientibus
reſpicite⸥ per fidem ⸤⁊ leuate⸥ per ſpem
⸤capita veſtra⸥ id eſt corda veſtra. Un-
de Gregorius. Capita leuare eſt menteſ
ad gaudia celeſtis patrie erigere ⸤quo-
niā appropinquabit redemptio veſtra⸥
id eſt glorificatio animarum ⁊ corporū.
quia poſt mundi ruinam ſequitur bea-
titudo que erit in glorificatione corpo-
ris ⁊ anime ⸤Et dixit illis ſimilitudineꝫ.
Uidete ficulneam ⁊ omnes arbores. cū
producunt iam ex ſe fructum ſcitiſ quia
prope eſt eſtas. ita ⁊ vos cum videritis
hec fieri ſcitote quoniā prope eſt regnuꝫ
dei⸥ Unde hieronimus. Cum ramus fi
cus tener eſt. ⁊ folia nata. ⁊ gemme ī flo-
rem germinant. et cortex folia parturit.
tunc intelligitis veris ⁊ eſtatis aduentū
Sic cum omnia que ſcripta ſunt ⁊ que
chriſti aduentum precurrere debent vi-
deritis. ſciatis quia prope eſt aduentus
chriſti ad iudiciuꝫ. Sequitur certitudo
predictorum cum dicitur ⸤Amen dico
vobis quia non peribit generatio hec⸥
id eſt genus humanum ⸤donec omnia
fiant⸥ ſcilicet que dicta ſunt ⸤Celuꝫ ⁊ ter
ra tranſibunt⸥ id eſt depoſita priori for-
ma innouabuntur. permanente tamen
ſubſtantia Nam terra aqua aer ⁊ ignis
⁊ omnia elementa conflagratione ignis
mundabuntur. Erit enim terra ſicut cri
ſtallus pura. aqua ⁊ aer obſcuritate fri-
giditate fumoſitate priuabuntur. ⁊ om
nem frigiditatem caliditatem fumoſita
tem ⁊ impuritatem ab elementis ſepa-
rabit ⁊ in infernum detrudet. vt mali in-
finities plus habeant de frigore. de calo-
re. de fetore q̄z habuerunt ⸤verba autem
mea non tranſibunt⸥ ſcilicet ſine effectu
impletionis. Unde hieronimus. Facili-
us eſt tranſire terrā q̄z chriſti verba. Nā
ſi omnia que in lege ⁊ prophetis ſcripta
ſunt impleta ſunt ⁊ adimplebūtur. quo
modo ergo chriſti verba que per ſe per-
ſonaliter eſt locutus non adimpleri de-
beant. Ergo verba chriſti non tranſibūt
incompleta. ſed minima littera comple-
bitur. vt patet Matthei. v. Iota vnum
aut vnus apex non preteribit a lege do-
nec omnia fiant. ¶ Unde circa preſens
euangelium vbi dicitur. tunc videbunt
filium hominis venientem in nube cuꝫ
poteſtate magna. Notanduꝫ ꝙ chriſtuſ
non veniet niſi prius veniat antichriſtꝰ.
Quando autem antichriſtꝰ veniet. Re
ſpondetur primo in tempore peccatorū
abundantie. vt habetur Danielis. viij.
Cum creuerint iniquitates cōſurget rex
impudens. Glo. omnium iniquitatum
plenus. Unde oſee. iiij. dicitur ꝙ tempo-
re antichriſti plus q̄z prius abundabit
mendacium adulterium furtum homi
cidium rapina auaricia ſuperbia. ⁊ ſic dē
alijs vicijs. Unde etiā matth. xxiiij. Abū
dabit iniquitas. ⁊ refrigeſcet multorum
charitas. Quis dubitat iam proximuꝫ
ipſius tempus fore cum iam ex mala cō
ſuetudine infinita mala fiāt que noſtro
rum parentum tempore nō modica fue
runt dedecoris que nunc temporiſ com
putant̄ inter facta honoris. ſicut habere
amaſias ⁊ houiſatrices. deceptiones in
emptionibus ⁊c̄. Unde puerb. xx. Letan-
tur cuꝫ malefecerint. O ſi iam tot mala

fiunt quanta mala tunc erunt tempore
antichriſti. Un̄ quāto magis finis mun
di appropinquat tanto peiores homineſ
erunt. Secundo veniet tempore litium
⁊ preliorum. Unde Matth. xxiiij. Sur-
get gens contra gentem ⁊ regnū aduer-
ſus regnum. Si ergo tot lites noſtris tē
poribus ſunt ⁊ prelia. quot tunc erunt
tempore antichriſti quādo ſathanas ſol
uetur. qui nunc ligatus tenetur. vt habe
tur Apoc. ij. Tercio veniet tempore ma-
gne famis. quia ex guerris continuis ſe-
quitur fames. Unde Luce. xj. Omne re
gnum in ſe diuiſum deſolabitur. qꝛ agri
cole tunc nec agros colere nec ſeminare
poſſunt Quid demum. tunc fames ⁊ ca
riſtia non modica ſequitur. Unde dicit
in pſ. cvj. Terra fructifera verſa eſt in ſal
ſuginem a malicia inhabitantium in ea
Quarto veniet tempore magne peſtilē
tie. Nam omne quod viuit cibo indiget
Unde Ariſtoteles. j. ethi. Non poſſibile
eſt diu viuere ſine cibo. Ideo qui cibo ca
ret ac famis macie torquetur propt per
ditionem humidi radicalis infirmabi
tur. ⁊ tandem leui ſuperueniēte febricu
la. homo ſubito quaſi ex peſtilentia vt
phiſici naturales dicunt morietur. Qui
to veniet tempore diſcidij regnorum a
romano imperio. ij. ad Theſſalo. ij. Niſi
venerit diſceſſio primum ſcilicet regno
rum a romano imperio. Unde gloſa ſu
per illud Danielis ſeptimo Et habebat
cornua decem. dicit q̄ appropinquante
die iudicij romanum imperium ſcinde
tur in decem partes ⁊ in decem regna.
Sexto veniet tempore ſciſmatis in eccle
ſia dei vt dicit gloſa ſuper premiſſa ver
ba apoſtoli. niſi venerit diſceſſio primū
ſcilicet ab obediētia romane eccleſie. Se
ptimo veniet tempore hypocriſis illorū
qui ſe putant religioſos pre ceteris ho-
minibus. j. Thaſſalo. iiij. In hypocriſi lo
quentium mendacium. Item Matth.
xxiiij. Surgent pſeudo chriſti ⁊ pſeudo
prophete ⁊ multos ſeducent. Octauo ve
niet tempore hereſis. Unde apoſtolus. j.
ad Thimo. iiij. Diſcedent quidā a fide.
Nono veniet in iſtius mūdi fine. quia
poſt mortem antichriſti non longe mū
dus finietur.

Dominica tercia aduent9 Euā
gelium ſecundū mattheū. xj.

In illo tempore. Cū
audiſſet Johannes in vinculis
opera chriſti. mittens duos d di
ſcipulis ſuiſ. ait illi. Tu es qui vē
turus es an alium expectamus.
Et reſpōdens ieſus ait illis Eun
teſ renunciate iohanni que audi
ſtis et vidiſtis. Ceci vident. clau
di ambulant. leproſi mundātur.
ſurdi audiunt. mortui reſurgunt
pauperes euangelizantur. Et be
atus eſt qui non fuerit ſcandali
zatus in me. Illis autem abeun
tibus. cepit ieſus dicere ad tur
bas de Johanne. Quid exiſtis ī
deſertum videre arundinē ven
to agitatam. Sed quid exiſtis vi
dere hominem mollibuſ veſtitū
Ecce qui mollibus veſtiuntur in
domibus regum ſunt. Sed quid
exiſtis videre prophetam Etiam
dico vobis et plus quā prophetā
Hic enim eſt de quo ſcriptū eſt
Ecce ego mitto angelum meum
ante faciē tuam. qui preparabit
viam tuam ante te.

Poſtilla.

Cum audiſſet
Johannes in vinculis ope
ra chriſti. mittens duos de

diſcipulis ſuis.ait illi. Tu es qui ventu-
rus es Mathei.ſexto. Hoc euangeli-
um factum eſt Anno chriſti triceſimo
primo ydus decembris. feria ſexta. Lu
na.xix.inditione.iiij. Ante initium illius
euangelij ſcribit beatus Mattheus in
precedenti capitulo.ꝙ chriſtus dixit diſci
pulis ſuis. Qui vos recipit me recipit.
Et qui me recipit.recipit euꝫ qui me mi
ſit. Qui recipit prophetam in nomine ꝓ
phete.mercedem prophete accipiet. Et
qui recipit iuſtum in nomine iuſti.mer
cedem iuſti accipiet. Et quicunqꝫ potū
dederit vni ex minimis iſtis calicē aque
frigide tantum in nomine diſcipuli.amē
dico vobis non perdet mercedem ſuam
Tunc poſt hoc ſequitur euangeliū ⌊ Cū
audiſſet Johannes in vinculis opa chri
ſti ⌋ Lyra.herodes antipas incarcerauit
Johannem ad inſtantiam herodiadis
adultere.propter hoc ꝙ Johānes argue
bat ipſum herodem eo ꝙ abſtulerat fra
tri ſuo philippo vxorem ſuaꝫ nomine he
rodiadis.vt habetur Marci.vj. Miſit
herodes ⁊ tenuit Johannem ⁊ vinxit eū
in carcerem. Johannes ergo in carcere
poſitꝰ ⌊ miſit duos de diſcipulis ſuis ad
ieſum ⌋ vt dicerēt ⌊ Tu es qui venturus
es ⌋ ſcilicet meſſias in lege promiſſus qui
debes ſaluare iſrael ⌊ an alium expecta
mus ⌋ Hic queritur an Johannes dubi
tauit de chriſto an ipſe eſſet ſaluator mū
di ⁊ an eſſet moriturus in humana natu
ra pro hominis ſalute. Reſpondetur ꝙ
non dubitauit quia ipſum prius bapti
zauit Matth.iij. ⁊ vidit ſpiritum ſanctū
deſcendentem ſuper eum. Et inſuper de
eo teſtificatus eſt dicens. Ecce agnꝰ dei.
ecce qui tollit peccata mundi. Sed diſci
puli eius qui nō ſic erant illuminati.du
bitauerunt ipſum eſſe chriſtum. Et ideo
miſit diſcipulos ſuos vt viderent mira
cula chriſti ⁊ ſic crederent ipſum eſſe ſal
uatorem mundi. Iſti autē duo diſcipu
li recedentes a Johanne.inuenerūt chri
ſtum cum turbis populorum qui vene
rant ad eum cuꝫ infirmis ſuis ⁊ expecta
bant infirmorum curationem. Et poſt
predicationem tunc diſcipuli iohannis
fecerunt ſibi predictam queſtionem co
ram omni populo. Chriſtus autēꝫ non
reſpondit eis verbo.ſed facto.vt dicitur
Luce.vij. In ipſa hora chriſtus multos
homines curauit a languoribus ſuis et
plagis ⁊ ſpiritibus malis.⁊ cecis multis
donauit viſum ⌊ Et reſpondens dixit il
lis. Euntes ⌋ id eſt reuertentes vnde ve
niſtis ⌊ renunciate Johanni ⌋ ſcilicet ad
ſuam conſolationem.⁊ ad veſtram con
firmationē ⌊ que audiſtis ⌋ ſcilicꝫ in mea
predicatione ⌊ ⁊ vidiſtis ⌋ in miraculorū
operatione ⌊ ceci vident claudi ambulāt
leproſi mundantur.ſurdi audiunt.mor
tui reſurgunt.pauperes euangelizant ⌋
id eſt denunciantur habere regnum ce
lorum.vt patet Luce ſexto. Beati paupe
res quoniam ipſorum eſt regnum celo
rum. Per hec enim opera chriſtus ma
nifeſte probauit ſe eſſe meſſiam ⌊ ⁊ beatꝰ
qui nō fuerit ſcandalizatus in me ⌋ gor.
id eſt cum me poſt tot miracula viderit
pati.non me negabit ⌊ Illis autem abeū
tibus ⌋ ſcilicet a chriſto ⁊ reuertētibꝰ ad
Johannem ⌊ cepit chriſtus dicere de Jo
hanne ⌋ ſcilicet ipſum commendando.
Hilarius. Chriſtus commendauit Jo-
hannem non preſentibus diſcipulis eiꝰ
ſed abeuntibuꝫ.ne videretur eum adu
latorie cōmendare. Mos enī adulatorꝫ
eſt in conſpectu hominū laudare ⁊ in ab
ſentia eoꝝ vituperare.tales ſunt ſimiles
ſcorpionibꝰ qui cū aculeis anterioribꝰ
quaſi applaudent.ſed cauda pungūt. Et
chriſtus commendat Johannē in quin
qꝫ. Primo de virtute conſtantie cum di
cit ⌊ quid exiſtis in deſertum ⌋ ly.i.vltra
iordanem vbi iohannes baptizabat ⌊ vi
dere arundinem vento agitataꝫ ⌋ quaſi

diceret vos exiſtis in deſertum ad iohā
nem qui non fuit mobilis in mente ſicut
arundo a vento agitata. ſꝫ eſt ita ꝯſtans
ꝙ nec timore nec amore a vitate dclinat.
Secundo de auſteritate vite. cum dicit
[Sꝫ quid exiſtis in deſertū videre homi
nem mollibus veſtitum] quaſi diceret
non. quia Johannes habebat veſtimen
tum de pilis camelorum. ⁊ eſca eius erat
locuſte ⁊ mel ſilueſtre. Et ad hoc habita
bat in deſerto vt auſteram vitā duceret
[ecce qui mollibus veſtiuntur in domi
bus regum ſunt] Ad hoc eni multi ma
gnatibus adulantur vt cum ipſis com
morantes delicijs vtantur. ſed veritatis
amatores talia aſpernantur. Tertio cō
mendat eum chriſtus a claritate noticie
cuꝫ dicit [Sꝫ qd exiſtis videre ꝓphetā]
quia Johannes plus fuit qꝫ propheta.
quem alij prophete predixerunt ventuꝝ
ipſe eum adhuc in vtero matris poſituſ
agnouit. ⁊ poſtea ipſum baptizauit ⁊ di
gito monſtrauit. Quarto commendat
eum autoritate doctrine dicens [Hic ei
eſt de quo ſcriptum eſt] Malachie pri
mo [Ecce mitto angelum meum] id eſt
iohannem qui vitam duxit angelicam.
[ante faciem tuam. qui preparabit viaꝫ
tuam ante te] id eſt corda audientium
ad recipiendum chriſtum per predicati
onem ſuam. Quinto cōmendat eū im
mediate poſt hodiernum euangelium
ſuper omnes ſanctos dicēs. Inter natoſ
mulierum non ſurrexit maior Johanne
baptiſta.

## Dominica quarta aduentus. Euangeliū ſecundū Johannē. j.

In illo tempore. Mi
ſerunt iudei ab hieroſolimis ſa
cerdotes et leuitas ad iohanneꝫ
vt interrogarent eum. tu quis es
et confeſſus eſt. et nō negauit. et
confeſſus eſt. quia non ſum ego
chriſtus. Et interrogauerunt eū
Quis ergo. heliaſ es tu. Et dixit
Non ſum. Propheta es tu. et re
ſpondit. non. Dixerūt ergo iudei
Quis es tu vt reſponſum dem⁹
his qui miſerūt nos Quid dicis
de teipſo. Ait. Ego vox clamātis
in deſerto. dirigite viam domini
ſicut dixit Eſaias ꝓpheta Et qui
miſſi fuerant erant ex phariſeis.
et interrogauerunt eum et dixe
runt ei. Quid ergo baptizaſ. ſi tu
non es chriſtus neqꝫ helias ne
qꝫ propheta. Reſpondit eis Jo
hannes dicens. Ego baptizo in
aqua. mediuſ autem veſtrum ſte
tit quē vos neſcitis. Ipſe eſt qui
poſt me ventur⁹ eſt. qui ante me
factus eſt. cuius ego non ſum di
gnus vt ſoluam eius corrigiam
calciamenti. Hec in bethania fa
cta ſunt trans iordanē. vbi erat
iohannes baptizans.

## Poſtilla.

Miſerunt iudei
ab hieroſolimis ſacerdotes
Johannis. j. Luce. iij. Hiſto
ria huiuſ euangelij facta eſt anno domi
ni. xxxj. feria quarta. xvij. kalend. may. lu
na. xv. inditione. iiij. Ante initium illius
euāgelij habetur Luce. iij. ꝙ anno. xv. im
perij tiberij ceſaris ſcilicet ſub quo paſ
ſus eſt chriſtus. Factum eſt verbum do
mini ſuper Johannem zacharie filium
in deſerto ſcilicet cuꝫ Johannes eſſet tri
ginta annorum. ⁊ venit in omnem regi
onem iordanis p̄dicans baptiſmū peni
tentie in remiſſionē peccatorū. Dicebat
aūt ad turbas q̄ exibant vt baptizarētur
ab eo. Facite dignos fruct⁹ penitētie. Iā

enī ſecuris ad radicē arboris poſita eſt.
Omnis ergo arbor non faciens fructū
bonū excidetur ⁊ in ignē mittetur. Mul
ta quidem ⁊ alia exhortans euangeliza
bat populo. Unde iudei videntes iohā
nis baptiſte mirabilē natiuitatē et eius
excellentem ſanctitatem ⁊ auſteritatem
vite. ideo moti fuerunt ad opinandum
ipſum eſſe chriſtum propter quod miſe
runt nuncios ad Johannē volentes ſu
per hoc ſcire veritatem. Lyra. Et in iſto
modo querendi exhibuerunt Johanni
magnaꝫ reuerentiā. ⁊ hoc patet ex quat
tuor in littera. Primo ex perſonis mit
tentibus ad ipſum nuncios. ⁊ hoc nota
tur cū dicitur [Miſerunt iudei] id eſt
illi de tribu iuda. qui erant nobiliores ī
populo iudeorum. In ſignuꝫ huius de
tribu iuda naſci voluit. Secundo ex lo
ci nobilitate quia [ab hieroſolimis] que
erat ciuitas ſacerdotalis ⁊ regia. q̄ erat
caput regni. Tercio ex nunciorū ſolenni
tate. miſerunt enī [ſacerdotes ⁊ leuitas
ad eum] qui erant ſolennes perſone et
in ipſis debebat ſcientia ⁊ ſanctitas emi
nere. Quarto ex perſona ad quā mittūt
ſcilicet ex hoc q̄ requirunt teſtimoniuꝫ
de ſeipſo ⁊ tantaꝫ fidē habuerunt in di
ctis eius vt ei crederent etiā de ſeipſo. er
go dicunt [tu quis es] vt reſponſione
eius diſcernerent quis ipſe eſſet [⁊ cōfeſ
ſus eſt ⁊ non negauit. ⁊ ꝯfeſſus eſt quia
non ſum ego chriſtus] Nā chriſtus id
eſt meſſias fuit promiſſus iudeis ex di
ctis ⁊ ſcripturis prophetarum. Audien
tes quia non eſſet chriſtus interrogaue
runt conſequenter ſi eſſet helias. quia ſi
cut aduentus chriſti. ſic ⁊ aduentus he
lie fuerat iudeis promiſſus. Unde dici
tur Malachie vltio capitulo. Ecce ego
mittā vobis heliam prophetā antequā
veniet dies domini magnus [⁊ dixit nō
ſum] ſcilicet ego helias. Si aūt quis di
ceret. Chriſtus Matthei. xi. loquens de
Johanne dicit. Ipſe eſt helias. Et ioħes
hic dicit. Non ſū helias. Reſpondetur.
q̄ ipſi querebant de perſona helie. ⁊ ideo
ad eorum queſtionem reſpondit q̄ ipſe
non erat helias in perſona. Sed vt dicit
Gregorius in omel. Johannes fuit heli
as in ſpiritu. propter ſimilitudinē ⁊ con
formitatem ipſius ad heliam. Primo ī
auſteritate vite. quia de helia dicitur. iiij
lib. Reg. capi. j. q̄ fuit vir piloſus ⁊ zona
pellicea circa renes accinctus. ⁊ de iohā
ne dicitur Matth. iij. Et habebat veſti
mentū de pilis camelorum ⁊ zonam pel
liceam circa lumbos eius. Secundo in
dura reprehenſione. Helias eniꝫ regem
Achab dure reprehendit. vt habetur. iij.
Reg. xviij. Johannes herodē arguebat
vt habetur Mar. vj. Fuit etiam ſimilis
helie in officio. quia Johannes fuit pre
curſor primi aduentus. ſic helias erit pre
curſor ſecundi aduentus. Et hoc voluit
chriſtus cum dixit ipſum eſſe heliā [pro
pheta es tu. reſpondit non] Gregorius
Johannes negauit ſe eſſe prophetā tan
tum. q̄ plus erat q̄ꝫ propheta [dixerunt
ergo ei. Quis es tu. vt reſponſum dem⁹
his qui miſerunt nos. Quid dicis de te
ipſo. Ait] ſcilicet Johannes [Ego vox
clamantis in deſerto dirigite viam do
mini. ſicut dixit Eſaias propheta] id eſt
ego ſum ille de quo ſcriptura dicit Eſa.
xl. Qui debet clamare in deſerto iudee.
q̄ homines ſe preparent ad aduentum
chriſti in mundum. Et bene ſignatur io
hannes in proprietate vocis. quia erat
annunciator verbi diuini. id eſt chriſti q̄
eſt verbū patris ſm̄ diuinitatē. Vox enī
ante verbum. ſic Johannes ante chriſtū
Item vox manifeſtat verbum ſic iohan
nes chriſtum. tota enī vita ⁊ conuerſatō
iohannis fuit preparatio ad ſuſceptōēꝫ
chriſti [⁊ q̄ miſſi fuerāt erāt ex phariſeis]
Ly. phariſei inter alios videbant̄ magis
religioſi. ꝓpter hoc dicebantur phariſei

a pharES qd eſt diuiſio. q2 in habitu in vi
ta 7 geſtu erāt ab alijs diſtincti. in ſignuʒ
maioris religioniſ. Et ideo phariſei erāt
magne fame in populo iudeoruʒ. ⌊Et in
terrogauerūt eum 7 dixerunt ei. Quid
ergo baptiſas ſi tu non es chriſtus neqʒ
helias neqʒ propheta⌋ Vñ Cryſo. Inter
rogauerunt eū non quaſi ſcire volentes
ſed phibere eum a baptiſmo. ⌊Reſpon
dit eis Iohānes dicens Ego baptizo in
aqua⌋ ſcilicet lauando tantū corpus ad
deſignandū illuʒ qui ſuo baptiſmate la
uabit animas. Conſequēter oſtēdit chri
ſti excellentiā dicens⌊ medius autem ve
ſtrū ſtetit⌋ id eſt preſens inter vos in cor
pore apparuit 7 cōmuni ꝯuerſatōe inter
homines ꝯuerſatus eſt. vt patet in euan
gelijs. cū eis manducans 7 bibens ne ꝓ
pter auſteritatē aliqui deſperarent⌊ quē
vos neſcitis⌋ quantū ad diuinitatē ⌊ipe
eſt q̇ poſt me venturus eſt⌋ Tho. ſcilicet
ad predicandū baptiſandū 7 moriendū
⌊qui ante me factuſ eſt⌋ id eſt in dignita
te prepoſitꝰ eſt. q2 dignior eſt 7 honorati
or⌊ Cuiꝰ non ſum dignꝰ⌋ id eſt ſufficiēs
⌊vt ſoluam corrigiaʒ calciamenti eius⌋
Unde hiero. ad euſtachiū. chriſtꝰ nunq̄ʒ
fuit calciatꝰ ipe enī portare calciamenta
apoſtolis phibuit Luce. x. Et chriſtꝰ ſem
per fecit ope qd docuit verbo. Unde ha
betur Act. j. Cepit ieſus facere 7 docere.
Ly. dicit ꝙ hec eſt locutio methaforica.
Quia in hoc Iohannes exprimit ſe non
eſſe dignū exhibere chriſto etiā minimū
miniſteriū. hoc in verbis iaʒ exprimens
ſm modū loquendi cōmunem. Cū eniʒ
q̇s ſuā paruitateʒ 7 excellentiaʒ alterius
vult exprimere ſolet dicere cōmuniter.
Nō ſum dignus tangere ſotulares eiuſ
vel aliq̇d hmōi⌊ Hec in bethania facta
ſunt⌋ ly. non eſt illa que prope hieruſalē
eſt. vbi lazaruſ fuerat ſuſcitatus. ſed alia
eodem nomine vocata ſita ſupra iorda
nem ex altera parte fluminis in ſorte du
arum tribuuʒ 7 dimidie. Et ideo ad hoc
denotandū ſubditur⌊ trans iordanem
vbi erat iohannes baptizās⌋ que aqua
diſtat a hieruſalem ad vnam dietam 7 i
eodem loco conſueuerat Iohannes cō
morari 7 predicare 7 baptizare. 7 multi
conueniebant illuc ad eum vt baptizarē
tur ab eo. Unde circa preſens euangeliū
vbi dicitur. Tu quis es. Querit̄ quare
iudei magis de Iohāne q̄ʒ d chriſto cre
debant. Reſpondit Cryſo. ꝙ triplex fuit
ratio. Prima ratio eſt. quia Iohannes
erat de magno genere vtpote filiꝰ zacha
rie magni ſacerdotis. Et quia miraculo
ſe natus eſt de vtroqʒ parente ſterili 7 ſe
ne. chriſtuſ autem vt ipſi credebant erat
filiuſ fabri et cuiuſdam paupercule mu
lieris 7 non miraculoſe natus. quia d iu
uencula q̄ʒuis de ſene patre. Secūda ra
tio eſt quia iohannes in victu 7 veſtitu
magis aſperam vitaʒ q̄ʒ chriſtus agere
videbatur. Nam tunicam d pilis came
lorum habebat. 7 ſonam pelliceaʒ ad lū
bos eiuſ. 7 cibus eius locuſte 7 mel ſilue
ſtre. vt patet Matth. iij. chriſtus autem
cōmunibus veſtibus induebatur et cō
muni cibo vtebatur 7 cum hominibus
in nuptijs 7 in cōuiuijs comederat. Ter
cia ratio eſt. quia Iohānes conſortia ho
minum deuitabat 7 in deſerto morabat̄
latitans in antris 7 in ſpeluncis. donec
ſpiritusſanctus ei dixit vt exiret ad perhi
bendum teſtimonium de chriſto. Et tūc
venit ad iordanem predicans baptiſmū
penitentie vt patet Luce. iij. Chriſtus au
tem morabatur cum hominibus 7 con
uerſabatur cum peccatoribus 7 mādu
cabat cum ipſis. vt patet Matth. xj. pro
pterea ergo iudei ad Iohannem legatio
nem miſerunt vt eum interrogarent an
eſſet chriſtus. Et reſpondit quia nō ſum
ego chriſtus.

¶ Euangelium in gallicantu na
tiuitatis chriſti.

In illo tempore. Exi
it edictuȝ a ceſare auguſto vt de
ſcriberetur vniuerſus orbiſ. Hec
deſcriptio prima facta eſt a preſi
đ ſirie cirino. Et ibãt oẽs vt pro
fiterentur. ſinguli in ſuã ciuitatẽ
Aſcendit autẽ et ioſeph a galilea
de ciuitate nazareth in iudeã ciui
tatem dauid que vocatur bethle
em. eo q̄ eſſet đ domo et familia
dauid. vt profiteretur cuȝ maria
deſponſata ſibi vxore pregnante
Et factũ eſt dum eſſent ibi imple
ti ſunt dieſ vt pareret. Et peperit
filiũ ſuũ primogenitũ. et pannis
eum inuoluit. et reclinauit eũ in
preſepio. quia non erat ei locus
in diuerſorio. Et paſtoreſ erãt in
regione eadẽ vigilantes et cuſto
dientes vigilias noctiſ ſuper gre
gem ſuuȝ. Et ecce angelus domi
ni ſtetit iuxta illos et claritaſ dei
circũfulſit illoſ et timuerũt timo
re magno. Et dixit illis angelus
Nolite timere Ecce eĩȝ euangeli
zo vobis gaudium magnum. qđ
erit oĩ populo. Quia nat⁹ eſt no
bis hodie ſaluator q̄ ẽ chriſt⁹ do
minus in ciuitate dauid. Et hoc
erit vobis ſignũ. Inuenietis in
fantẽ pannis inuolutũ et poſituȝ
in preſepio. Et ſubito facta eſt cũ
angelo multitudo militie celeſtiſ
exercit⁹. laudantiũ deuȝ et dicen
tium. Gloria in altiſſimiſ deo. Et
in terra pax hominibus bone vo
luntatis.

Poſtilla.

Exijt edictum a
ceſare Auguſto Luce. ij. Hi-
ſtoria hui⁹ euangelij facta eſt anno chri
ſti primo vſuali. xij. kl. ianuarij. feria. iiij.
luna. xxvij. inditione. iij. Ante initiũ illiuſ
euãgelij ſcribit ſanctus Lucas in p̄cedẽ
ti capitulo ortũ ſancti Johãnis baptiſte
ſcilicet quõ nunciatus eſt per angelum
gabrielem patri ſuo zacharie in templo ⁊
quomodo natus eſt de ſterili matre. et
quomodo in circũciſione vocatũ eſt no
men ei⁹ Johannes. Et quõ ipſe puer cre
ſcebat. quantũ ad augmentum corporis. ⁊
ↄfortabat̃ ſpiritu. ſ. quantũ ad augmen-
tum gratie ⁊ virtutis. Et erat in deſerto
vſq; ad dieȝ oſtenſionis ſue ad iſrael. Et
deſcribit ortuȝ p̄curſoris. Hic ↄſequẽter
deſcribit ortũ ſaluatoris dicẽs. Factum
eſt aũt in dieb⁹ illis [ Exijt edictũ a ceſa-
re auguſto ] Ly. hic oſtendit̃ tempus na
tiuitatis chriſti. qui nat⁹ eſt imperãte ce
ſare auguſto. qui nominat⁹ eſt auguſt⁹
ab augẽdo. qꝛ valde notabiliter auxit im
perium romanũ. qui regnauit quadra-
ginta duobuſ annis. ⁊ duodecim annis
ante natiuitatem chriſti et poſt tanta fuit
pax in toto orbe. vt ad litterã videret̃ im
pletũ. qđ p̄dixit Eſa. c. ij. Conflabunt gla
dios ſuos in vomeres. ⁊ lanceas ſuaſ in
falces. Unñ etiã in pſ. lxxij. Oriet̃ ĩ dieb⁹
ei⁹ iuſticia ⁊ abundãtia pacis. Item Eſa.
ij. Nõ leuabit gens ↄtra gentẽ gladium
Et ſic in dieb⁹ ceſaris auguſti omnibus
gentib⁹ romano imperio ſubiectis fuit
pax vniuerſalis in orbe. Ideo mãdauit.
[ vt deſcriberet̃ vniuerſus orbis ] vt per
hoc ſciret̃ qualiter terre eſſent populate
⁊ quanta tributa ſue glorie poſſent red-
dere vt ſic tributis indebitis nõ grauerẽ
tur. Et etiã ſciret̃ p̄ quẽ modũ ſingule ter
re a romano imperio meli⁹ regerentur.
[ Hec deſcriptio prima facta eſt a p̄ſide
ſirie cirino ] Hunc enĩ cirinũ ceſar augu
ſtus prefecerat terre ſirie ad ipſã regẽdã
Et qꝛ ſiria eſt in medio terre habitabilis
⁊ ibi fuit iſta deſcriptio primo incboata
vt inde denunciaret̃ fieri in alijs prouin-
tijs circulariter [ ⁊ ibant oẽs vt p̄fiterent̃

ſinguli in ciuitatem ſuã ⌋ .ſ. vnde oriun/
di erant. Profitebant̄ autē dupliciter ſe
ſubiectos eſſe romano imperio ſcilicet
ſcripto. qꝛ nomīa eoꝝ ſcribebant̄. ⁊ facto
quia ſoluebant cenſum impatori. ſcilicꝫ
vnū nummū argenteū valentē decē nū/
mos vſuales. ⌊ Aſcendit aūt ⁊ Ioſeph ⌋
ſcilicet vir marie ⌊ a galilea ⌋ quia inferi/
or erat q̄ȝ iudea ⌊ de ciuitate nazareth ⌋
vbi chriſtꝰ conceptꝰ erat. ⁊ in qua ioſeph
manebat ⌊ in iudeā ciuitatē dauid ⌋ id eſt
in bethleem que d̄r ciuitas dauid. qꝛ in/
de oriundus fuit. j. Reg̃. xvij. ⌊ eo ꝙ eſſet
de domo ⁊ familia ⌋ id eſt de genere ⌊ da
uid. vt profiteret̄ cū maria ſibi deſponſa
ta vxore pregnante ⌋ ipā enī erat de eadē
tribu cū ioſeph. ⁊ licet maria non fuiſſet
obligata tanq̄ȝ pregnans illuc ire ꝓpter
longitudinē vie. quia nazareth diſtat a
bethleem quaſi per tres dietas tū̄ ꝓpter
exemplū obedientie cū ipſis mulieribuſ
ire voluit. Itē ex diuina diſpoſitōne hoc
factū eſt. vt ſic chriſtꝰ naſceret̄ in bethleē
ſicut predictū fuit Michee. v. Et tu beth
leem terra iuda nequaq̄ȝ minima es in
principibꝰ iude. ex te enī exiet dux qui re
gat populū meū iſrael ⌊ Et factū eſt duȝ
eſſent ibi impleti ſūt dies eiꝰ vt pareret ⌋
ſcilicet nouē menſes impleti ſūt a die cō
ceptionis chriſti ⌊ ⁊ peperit filiū ſuū pri/
mogenitū ⌋ dicit̄ autē primogenitꝰ non
quia poſt illū habuit filios alios. ſed qꝛ
ante illū filiū aliū non habuit. Quia ſic̄
ante partū. ita in partu ⁊ poſt partuȝ in/
uiolata virgo permanſit Tunc impleta
eſt iſta prophetia Eſa. vij. Ecce virgo cō
cipiet ⁊ pariet filiuȝ. Et ipſa beata virgo
maria magnū gaudiū habuit in chriſti
natiuitate. ⁊ hoc ideo. qꝛ ſine dolore. ſine
afflictione. ⁊ ſine debilitatōne ſui genuit
filiū quē ſciuit eſſe deū ⁊ hominē. Nam
ſicut virgo concepit ⁊ ſine dolore genuit
⌊ ⁊ pannis eū inuoluit ⌋ .ſ. per ſeipāȝ. Ly.
ex quo patet falſitas que ſcribit̄ in libro
de infantia ſaluatoris ſcilicet ipāȝ obſte/
trices habuiſſe que nō requirunt̄ niſi ꝓ
pter afflictionē matris in partu. que nō
habuit locū ī virgine puerpera quia pe/
perit ſine dolore ⁊ ſine debilitate ⌊ ⁊ recli/
nauit eū in p̄ſepio ⌋ Ly. Ioſeph enī in iti/
nere adduxerat ſecū aſinū ad portandū
vxorē pregnantē. ⁊ bouē ad vendenduȝ.
vt de p̄cio ſolueret expenſas in via. Et il/
lis duobꝰ animalibꝰ fecit preſepiū iuxta
ſe. in quo beata virgo maria reclinauit
filiū natū. qđ fuerat predictuȝ Eſa. j. Co/
gnouit bos poſſeſſorē ſuū. ⁊ aſinus preſe
pe domini ſui. Dicūt enī quidā ꝙ aſinꝰ
⁊ bos genu flexerūt coram chriſto. Aba
cuc. iij. In medio duū animaliuȝ cogno/
ſceris. Unde Bern̄. O chriſtiane vide q̄
lis pro te factus eſt chriſtus. quia ſi rex.
vbi aula regia. vbi throni ſublimitaſ. vbi
curie regalis frequētia. Ecce aula regia
ſtabulū. Throni ſublimitas preſepium.
Curie regalis frequētia bos ⁊ aſinꝰ ⌊ qꝛ
non erat ei locus in diuerſorio ⌋ go. hic
rep̄hendūtur chriſtianoꝝ delicie. diui/
tie. ⁊ honores huiꝰ mundi. Delicie in h
ꝙ dei filius nō mollibꝰ vel calidis pelli/
ceis indutꝰ fuit. ſꝫ vilibꝰ pannis inuolu
tus. Honores in hoc ꝙ non in palatio ſꝫ
in preſepio euȝ reclinauit mater ſua Di/
uitie in hoc ꝙ locū non habuit in diuer/
ſorio. Unde Bern̄. O homo quid ſolici/
tus es de regali palacio. ecce rex tuus ia
cet in preſepio. Quid cogitas de p̄cioſo
indumento. rex tuꝰ induitur vili panni/
culo ⌊ Et paſtores erant in regione eadē
vigilantes ⁊ cuſtodiētes vigilias noctiſ
ſuper gregē ſuū ⌋ ſcilicet inter hieruſaleȝ
⁊ bethleem. que ciuitates diſtāt ad duo
miliaria ab inuicē ⌊ Et ecce angelus dn̄i
ſtetit iuxta illos ⌋ ſcilicet paratꝰ ad reue/
landum eis diuina ⌊ ⁊ claritas dei circū/
fulſit eos ⌋ non tantū exterius in corpo
re. ſed etiā interius in mēte ⌊ ⁊ timuerūt
timore magno ⌋ ex inſolita viſione. Sed

angelꝰ dñi ꝯſolabat̃ eos dicẽs nolite ti
mere Cuiꝰ cauſam ſubiũgit Ecce eñi
euãgelizo vobis gaudiũ magnũ qd̃ erit
omni ꝑplõ nõ ſolũ iudeoꝝ ſꝫ etiã genti
lium. Gor. Et hoc gaudiũ eſt magnum
ſcd̃m omnẽ dimenſionẽ. q2 altũ profundũ
longũ ⁊ latũ. Altũ. quia eiuſ altitudo at
tingit celum. Unde Bern̄. Magna eſt
hodierna feſtiuitas. celuꝫ replet anteqꝫ
terrã. Profundũ. quia eius profũditas
penetrat infernuꝫ. ſ. vſqꝫ ad ſanctos qui
erant in limbo. Itẽ eius longitudo ꝑten
ditur a principio mundi vſqꝫ ad finem
mundi. Itẽ eius latitudo occupat orbeꝫ
terraꝝ. Un̄ hodie canit̃ in ꝑfatõne miſſe
ſecunde. ꝓfuſis gaudijs totꝰ in orbe ter
raꝝ mundus exultat quia natus eſt no
bis ſcilicet hominibꝰ ⁊ angelis pariter
quia ꝯfortõ hominũ reparanda eſt ruina
ãgeloꝝ hodie. Ly. dic̃ hodie q̃zuis eẽt
nox. quia nox illa ex claritate diuina fuit
ita illuminata. ac ſi eſſet dies clariſſima.
ſecundũ ꝙ fuerat predictũ in pſal. cxxvij.
Et nox ſicut dies illuminabit̃ ſaluator
qui eſt chriſtus dominus in ciuitate da
uid id eſt in bethleem ⁊ hoc erit vobis
ſignum. inuenietis infantẽ pannis inuo
lutum ⁊ non ſericis inuolutũ poſituꝫ
in preſepio non in palacio ⁊ ſubito fa-
cta eſt cũ angelo qui tanq̃ꝫ principalis
inter alios nunciauerat chriſti natiuita-
tem multitudo milicie celeſtis id eſt
angelorum. qui nomine milicie deſignã-
tur. quia pro ſalute hominũ cum demo-
nibus preliantur. Unde Apoc̃. xij. Mi-
chael ⁊ angeli eius preliabant̃ cuꝫ draco
ne laudantium dñm de chriſti natiui
tate ⁊ dicentiũ. Gloria ĩ altiſſimis deo
quia licet eius gloria vbiqꝫ luceat maxi-
me tamen in excelſis id eſt in celo empi-
reo vbi eſt omniũ ſanctoꝝ habitatio et
in terra pax hominibꝰ bone volũtatis
Et notanter dicit pax in terra. ⁊ non glo
ria. quia in terra eſt pax. ⁊ in celo gloria.

Annunciat̃ auteꝫ pax hominibus bonẽ
voluntatis. quia regnũ dei tantuꝫ valet
quantũ habes. Unde Remigiꝰ. Si eñi
diuitias zachei non habes. ſi deſunt tibi
duo minuta vidue. ſi nec calicẽ aque fri-
gide potes offerre. offer deo bonã volũ-
tatem. Unde Aug̃. Coronat deus intuſ
voluntatẽ vbi nõ inuenit facultatẽ. Un-
de Cryſo. Dextera tua plena eſt muneri
bus. ſi fuerit plena bona voluntate.

¶ Quõ multis miraculis fuit de
clarata chriſti natiuitas.

Natiuitas chriſti ſcd̃m ino
centiũ papã multis miraculis
fuit declarata. Nam ip̃a nocte
obſcuritas noctis verſa eſt in diẽ. Item
cũ tempore natiuitatis chriſti ãñ ⁊ poſt
fuiſſet pax in omnibꝰ terris ⁊ prouintijs
romani templũ pacis pulcerrimuꝫ con
crucē ante ꝓceſſionē. Nā p crucē q̄ p̄fert̄
repſentat̄ dñs noſter ieſꝰ chriſtꝰ q̇ nos p̄
ceſſit ⁊ ſuo exēplo nobis viā ad celū oſtē
dit. Et qđ ordiate vnꝰ poſt aliū crucē ſe
quit̄ vſq; ad eccl̄iaꝫ. ſignificat ꝙ oēs chri
ſtiani. vitā. mores. ⁊ doctrinā chriſti ſꝑ p̄
oculis hr̄e debeāt. ⁊ ſuā vitā exēplo chri
ſti ꝯformare. ⁊ ſic ꝓficere de virtute ī vir
tutē trāſeundo. donec intrēt celeſtē eccle
ſiā. i. patriā eternā. vbi videāt facie ad fa
ciē diuinam naturā. ſm illud ī pſ. lxxxiij.
Ibāt de v̓tute in v̓tutē. ſic videbit̄ deꝰ de
oꝝ in ſyon. Poſt h̄ cōmiſit dñs ieſus
aplis officiū p̄dicatōis dicēs ⌊ Eūtes in
mūdū vniuerſū p̄dicate euāgeliū ⌋ hug.
nō philoſophorū vanitates. aut certe ꝓ
prias fictōeſ. ad Ro. j. Nō erubeſco euā
geliū ⌊ omni creature ⌋ Ly. omni homini
q̇ habet ꝯueniētiā cū oī creatura. p eſſe
eni ꝯuenit cū inanimatis. p viuere cū ve
gitabilibꝰ ⁊ plātis. p ſentire cū aīalibus.
p intelligere cū angelis. iō deſignat̄ noīe
omīs creature ⌊ q̇ crediderit ⁊ baptizatꝰ
fuerit ⌋ Ly. nō eiꝫ ſufficit fides ſine baptiſ
mo. per quē q̇s incorpat̄ chriſto ſi aſſit fa
cultas recipiēdi baptiſmū fluminis. Si
aūt nō aſſit facultas. ſufficit baptiſmus
ſanguinis. vt ī martiribꝰ q̇ ꝑ chriſto intē
fecti ſūt anteq̄; eēnt baptizati. vel baptiſ
mo flaminis ſicut eſt in habētibꝰ fidem
chriſti ⁊ deſiderāt baptiſmū. ſ; p̄ueniunt̄
morte añq̄; poſſint implere ⌊ ſaluꝰ erit ⌋
. ſ. ſalute eterna. ſi ſaltē opibus tenet. Un
de Iacobi. ij. Fides ſine operibꝰ mortua
eſt ⌊ qui nō crediderit ꝯdemnabitur ⌋ ſcꝫ
eterna damnatōe ⌊ Signa aūt eos qui
crediderīt hec ſequent̄ ⌋ Ly. in primitiua
eni eccleſia fides erat nutrienda ⁊ firmā
da miraculis. Ideo gratia miraculoꝝ
dabat̄. nō ſolū apoſtolis chriſti. ſ; multiſ
alijs credentibus. vt patet in exemplis ⁊
in legēdis ſanctoꝝ ⌊ in nomīe meo ⌋ i. in

virtute nominis mei [demonia eijciēt]
Hec oīa ad litterā impleta ſūt. Sepe eīʒ
apli ⁊ alij fideles demones eijecerūt. Si
cut beat⁹ Bartholome⁹. ⁊ ſic de alijs [li
guis loquent̄ nouis] Ly. hoc eſt factū ī
aplis ⁊ in alijs credētib⁹ q̄ erāt cū eis qn̄
ꝑ gratiā ſpūſſancti ī die pentecoſtes rece
perūt donū linguaꝝ. vt patet Act. ij. Lo
q̄bant̄ varijs linguis apli [ſerpentes tol
lent] hoc patet ī Paulo. Vn̄ Act. xxviij
Qui ꝑcuſſus a vipera. in nullo leſ⁹ fuit.
ſʒ viperā pendentē ad manū ei⁹ in ignē
excuſſit. Et Jacob⁹ apl's duos ingentes
dracones remiſit in deſtū q̄s hermoge
nes ⁊ philet⁹ ꝯcitauerāt ꝯtra eū [⁊ ſi qd
mortiferꝝ biberint nō eos nocebit] Hʒ ad
litterā impletū eſt in Johāne euāgeliſta
q̄ venenum bibit qđ ei nō nocuit [ſuper
egros man⁹ imponēt ⁊ bn̄ habebūt]. q̄
multi infirmi a diuerſis languorib⁹ ſūt
curati ex impoſitōne manuū apl'oꝝ ⁊ ex
tactu veſtimētorū. imo qđ etiā pl⁹ eſt. ex
vmbra petri apli ſanabant̄ infirmi. vt ha
bet̄ Act. ij. ⁊ v. Itē ꝑ man⁹ apl'oꝝ fiebant
ſigna ⁊ ꝓdigia magna in ꝑl'o Et nō ſolū
infirmos curabāt. ſʒ ꝑ impoſitōeʒ manu
um ip̄oꝝ dabat̄ ſpūſſāct⁹. vn̄ habet̄ act.
viij. tūc imponebāt man⁹ ſuꝑ illos ⁊ ac
cipiebāt ſpūmſanctū [⁊ dn̄s q̄dē ieſ⁹ po
ſtq̄ʒ locut⁹ eſt eis] ſ. Hʒ oīa v̄ba iā ꝓdicta
⁊ plura alia q̄ habent̄ Act. j. [aſſūpt⁹ eſt
in celū] Ly. v̄tute ꝓpria ⁊ cuʒ gratulatōe
toti⁹ familie celeſtis. Vn̄ lu. xxiiij. Et ele
uatis manibuſ ferebat̄ in celū. ⁊ bn̄dixit
eis. i. aplis ⁊ alijs fidelib⁹. Ex Hʒ loco ī cō
ſuetudinē duxit eccleſia. vt ſicut domin⁹
ieſus poſtq̄ʒ oīb⁹ ꝑactis aſcēdere voluit
ī celū. benedixit fidelib⁹ ſuis. Q̄ʒ ſic epi ⁊
ceteri p̄ſbiteri ꝑacto diuino officio volē
tes iā ab altari recedere dāt ſuꝑ populū
bn̄dictōeʒ ſignātes eos ſigno ſancte cru
cis ⁊ imp̄cātes eis bona ī noīe ſancte tri
nitatis [⁊ ſedet a dextris dei] ſ. ꝯregnās
patri ī omni eq̄litate ſm deitateʒ [illi āt]

Ly. ſ. apli ⁊ chriſti diſcipuli [pfecti] ſ. ad
mandatū dn̄i noſtri ieſu chriſti [ꝓdica
uerūt vbiq̄ʒ] Vn̄ in p̄s. xviij. In oēm ter
rā exiuit ſon⁹ eoꝝ ⁊c. [dn̄o coopāte] eos
dirigēdo ⁊ ꝓtegēdo [⁊ ſermone ꝯfirmā
te ſequētib⁹ ſigniſ] Hug. ſuꝑ mar. Opa
miraculoꝝ ī exordio ecclie neceſſaria fu
erunt. vt fides miraculis nutriret̄. mō n̄
ſūt neceſſaria. q̄ fides ecclie ꝯfirmata ē.
Circa p̄ſens euāgelium ⁊ ſuꝑ illa verba
Eūtes in mundū vniuerſū ꝓdicate euā
geliū omni creature ⁊c. Notandū q̄ ſm
tho. de aquino Maximū miraculū chri
ſti ī terris fuit. q̄ ꝑ ſimplices mundū ſub
iecit fidei. quia apli fuerūt ſimplices ſm
mundū ⁊ pauperes mechanici. ſ. piſcato
res ⁊c. ⁊ null⁹ nobilis fuit niſi ſanct⁹ bar
tholome⁹. Vn̄ hic querit̄ q̄re non elegit
chriſt⁹ prudētes hui⁹ ſeculi. ſcribas q̄ fu
erūt docti ī lege. nec diuites. nec potētes.
Rn̄det̄ ꝓpter certitudinē fidei. q̄ ſi ſapi
entes ſeculi elegiſſet ⁊ miſiſſet ad ꝓdicā
dū fidē chriſtianā. tūc ꝑfidi ⁊ inimici fidi
dixiſſent q̄ fidē finxiſſent cū prudentia ⁊
aſtutia. ſi diuites tūc dixiſſent q̄ ꝑ dona
⁊ munera homines induxiſſent ad fideʒ
illā. Si aūt potentes ⁊ nobiles tūc dixiſ
ſent q̄ per potentiā ⁊ coactionē homīes
induxiſſent ad fidem. Sed vt nullum il
lorum perfidi allegare poſſent. igitur ⁊c.
Unde hic notandū q̄ chriſtus inter oēs
ſapiētes hui⁹ mūdi niſi vnū ꝯuertit. ſ. ga
malielem legis doctorē. Et inter omnes
diuites ſolum zacheum. Et de omnibuſ
nobilibus ⁊ principibus niſi tres. Nico
demum. Centurionem. ⁊ Reguluʒ. Sʒ
de pauperibus ⁊ ſimplicibus ⁊ ignobili
bus multos conuertit. Quia chriſtiani
a pauperibus ⁊ ſimplicibus ortū habue
runt. Unde apl's. Videte vocationeʒ ve
ſtram fratres. quia non multi ſapientes
ſm carneʒ non multi potentes. ſed infir
mos mundi elegit deus.

## Dominica poſt aſcenſionē do mini. Euā. ſcdm Johā. xv.

In illo tempore dixit
ieſus diſcipulis ſuis. Cū venerit
paraclitus quē ego mittā vobis
a patre ſpūm veritatis qui a pa
tre procedit. ille teſtimoniuꝫ per
hibebit de me et voſ teſtimoniū
perhibebitis. qꝛ ab initio mecuꝫ
eſtis. Hec locutus ſum vobis vt
nō ſcandalizemini. abſqꝫ ſinago
gis faciēt vos. Sꝫ venit hora vt
omnis qui interficit voſ. arbitre
tur ſe obſequiuꝫ preſtare deo. Et
hec faciēt vobis quia non noue
runt patrē neqꝫ me. ſed hec locu
tus ſum vobis. vt cuꝫ venerit ho
ra eorum. reminiſcamini. qꝛ ego
dixi vobis. ¶ Poſtilla.

Cum venerit pa
raclitus ⁊c. Johā. xv. Hiſtoria
huiꝰ euāgelij facta eſt anno chriſti. xxxiij
ix. kl. apꝛil. luna. xiiij. feria. v. ſcꝫ i cena dñi
in ditōe. vj. Añ initiū illiꝰ euāgelij ſcribit
ſanctꝰ Johā. in eodē ca. Q꞉ chriſtꝰ dixit
diſcipulis ſuis. ſi opa nō feciſſem i eis q̄
nemo aliꝰ fecit peccatū nō haberēt Nūc
aūt viderūt ⁊ oderūt me ⁊ patrē meum.
Sꝫ vt impleat̄ ſmo q̄ in lege eoꝝ ſcriptꝰ
eſt. qꝛ odio habuerūt me gratiſ. Tūc ſta
tim ſequit̄ euāgeliū hodiernū ⌊ Cū vene
rit paclitꝰ ⌋ poſtq̄ꝫ chriſtꝰ dixerat aplis
de iudeis. Si me pſequunt̄. ⁊ vos pſeq̄n
tur. Ne deſperent ⁊ nimiū turbent̄. pmi
ſit eis ſpūm ſanctū mittere q̄ ꝯfortati oēſ
pſecutiones vincerēt ⁊ tolerarēt. ergo di
cit ⌊ Cū aūt venerit paclitꝰ ⌋ ly. i. ꝯſolator
Bern. dicit Spūs. i. merentiū ꝯſolator.
⌊ quē ego mittaꝫ vobis a patre ⌋ Ly. in h
oſtēdit ſpūm ſanctū a ſe pcedere. in q̄ꝫ tuꝫ
dicit ſe illū mittere ⌊ ſpūm veritatis ⌋ qꝛ
docet vos oēm veritatē. ſꝫ ecōtrario ſpi
ritꝰ malignꝰ docet omne mendaciū ⌊ q̄
a patre pcedit ⌋ Tho. ex h arguunt greci
ſpūm ſanctū tantū pcedere a patre ⁊ nō
a filio. ſꝫ h nō eſt veꝝ. qꝛ q̄dq̄d de patre di
cit̄ ꝯuenit filio. ergo chriſtiani tenent̄ cre
dere q̄ ſpūſſanctꝰ pcedit a patre ⁊ a filio
⌊ ille teſtimoniū phibebit de me ⌋ Nā ſpi
ritu ſſanctꝰ teſtimoniū phibuit chriſto i
hoc q̄ aplо̄s tales fecit q̄ ſciuerunt ⁊ au-
debāt p̄dicare euangeliū ⁊ fidē chriſti co
rā oībꝰ ⁊ intrepide. Q꞉ enī hoīes priꝰ il-
literati ⁊ ſimplices de pfunditate ſcriptu
raꝝ ſubito plene loq̄bant̄. ⁊ in oībus lin-
guis. fuit maximū ſignū ad ꝯfirmandaꝫ
fidē chriſti ⌊ ⁊ vos teſtimoniū perhibebi
tis ⌋ .i. p̄dicando omnibꝰ populis ⌊ qꝛ ab
initio mecū fuiſtis ⌋ Ly. Nō eſt intelligē
dū q̄ fuerit cū eo in principio vite eiꝰ. ſꝫ
ab initio p̄dicatōnis ſue q̄n incepit doce
re ⁊ miracula facere ⌊ Hec locutꝰ ſū vo-
bis ⌋ ad ꝯfortationē veſtrā ꝯtra futuras
tribulatōes ⌊ vt non ſcādalizemini ⌋ .i. ca
dendo per impatientiā q̄n euenient vo-
bis ⌊ abſqꝫ ſinagogis faciēt vos ⌋ Jā enī
iudei ꝯſpirauerūt q̄ ſi q̄s ꝯfeſſus eēt chri
ſtum. extra ſinagogā eijceret̄. Et talis eie
ctio de ſinagoga reputabat̄ magna. Si-
cut apud chriſtianos eiectio de eccleſia
p maiorē excōicatōnē. Ergo ipa excōi-
catio valde timenda eſt cuilibet chriſtia
no. qꝛ ſepat a deo ⁊ a ſanctis ⁊ a ſacramē
tis ⁊ a cōmunione fideliū. Et ipſe excom
municatus eſt quaſi palmes abſciſus a
vite. vt patet Johā. xv. Ego ſum vitis ve
ra ⁊ voſ palmites ⌊ ſed venit hora ⌋ Gor.
hora iſta fuit tempus predicatōnis apo
ſtoloꝝ ⌊ vt omnis qui interficit vos arbi
tretur ſe obſequiū preſtare deo ⌋ Omnis
enī iudeꝰ occidens chriſti predicatores
putat ſe obſequiū preſtare deo. credens
q̄ deſereret deū iſrael. quicūqꝫ ꝯuerteret̄
ad chriſtum. Ita fuerūt iudei excecati ⁊
ignorātes. Sꝫ illa ignorātia non excuſa-
bat eos. qꝛ illa pcedebat ex odio ⁊ iuidia

ꝯtra chriſtū ⁊ ꝯtra doctrinā eiꝰ ⌊hec faci
ent vobis. q2 ñ nouerūt patrē neq3 me⌋
Hoc dicit eis i ꝯſolatiōe3. q. d. ſm Cryſo.
Sufficit in ꝯſolatōe3 h̄ pati ꝓpter p2ēm
⁊ ꝓpter me⌊ſ3 hec locutꝰ ſū vobis vt cu3
venerit hora eoꝝ. reminiſcamini q2 ego
dixi vobis⌋Ly. iſta ei3 ꝑdixit chriſtꝰ apo
ſtolis vt ꝓuiderēt ſibi de patiētia. q2 mi-
nus feriūt iacula ꝑuiſa. vt dicit Grego.
Circa ꝑſenſ euāgeliū vbi dicit̄ Vos teſti
moniū ꝑhibebitis. Notandū ꝙ hugo d̄
prato dicit Q2 chriſtꝰ habuit teſtimoni
um de oī loco ⁊ ab omni creatura. Na3
oīa teſtificata ſūt chriſtū ſuū auctorē eē.
Nā de celo habuit teſtimoniū patris et
ſpūſſancti Luc. iij. Deſcēdit ſpūſſanctus
corpali ſpecie ſic̄ colūba in ipſu3. Et vox
patris de celo audita eſt. hic eſt filiꝰ meꝰ
dilectꝰ Mat. iij. Itē teſtimoniū angelo-
rū. vt patet Luc. ij Euāgelizo vobis gau-
diū magnū. q2 natus eſt nobis ſaluato2.
Itē celi. dū ipo orāte apti ſunt ſup eū ꝓte
ſtati ſūt ipm eſſe veꝝ deū Luc. iij. Item d̄
paradiſo ⁊ de limbo patꝝ habuit teſtio-
niū moyſi ⁊ helie. vt patet Matth. xvij.
Apparuerūt ei moyſes ⁊ helyas. Itē co2
pora ſcōꝝ ſurrexerūt. vt patet mat. xxvij
Itē demones ei teſtimoniū reddiderūt
vt patet Luc. iij. Exibāt demonia clamā
tia ⁊ dicētia. Quia tu es chriſtuſ filiꝰ dei
viui. Itē de mūdo habuit teſtimoniū. xij
apl'oꝝ. lxxij. diſcipuloꝝ ⁊ multoꝝ alioru3.
vt patet Act. iiij. v̓tute magna reddebāt
apl'i teſtimoniū ieſu chriſto. Itē habuit
teſtimoniū ab oī creatura. Nā ſtella no
ua ī ſua natiuitate teſtificata eſt. vt pat3
Mat. ij. Vidimꝰ ſtellā eiꝰ ī oriēte. Item
ſol obſcuratꝰ in morte eiꝰ ꝓteſtatꝰ eſt eū
eſſe deū Luce. xxij. Itē mare dū ſe ſolidu3
ꝑbuit ipm ꝯfeſſu3 eſt Luce. vj. Itē īfernꝰ
dū q̊ſ tenebat reddidit ipm auctorē vite
eſſe ꝓteſtatꝰ eſt pſ. xxiij.. Itē terra dū ipo
moriēte ⁊ reſurgēte tremuit. Itē paneſ ⁊
piſces dū ad eiꝰ imperium multiplicati

ſūt ipm eſſe deū demōſtrabāt. vt pt3 Jo.
vj. Opa q̄ ego facio ipa ſūt q̄ teſtimoniū
ꝑhibent de me. Et breuit̄ oīs creatura ꝑi
pctōre3 q̄ ipm negat factis. teſtimoniu3
chriſto reddidit. Unde aplus ad tytū. j.
Cōfitēt̄ ſe noſſe deū. factis aūt negāt. pec
cato2 qn̄q3 ꝑ vno denario negat chriſtū
cū in noīe eiꝰ ſciēter piurat. Sequit̄ h̄ in
euāgelio ꝑſenti. Abſq3 ſinagogis faciēt
vos. Ubi notandu3 ꝙ excōicatio maio2
valde timēda eſt ꝓpter tria. Primo q2
excōicatꝰ ſepat̄ a deo ⁊ ab oībꝰ chriſti fi-
delibꝰ tā in vita q̄3 in morte ſic̄ palmes a
vite. vt patet Johā. xv. Ego ſū vitis vera
⁊ vos palmites. ⁊ ſicut palmeſ abſciſſa ni
chil valet amplꝰ niſi ad ignē. ſic excōica
tus maiori excōicatōe. Secūdo q2 excō-
municatuſ priuat̄ merito paſſionis chri
ſti ⁊ omniū ſanctoꝝ. ⁊ etiā oībus miſſis.
orationibꝰ. elemoſinis. ⁊ omibus ſuffra
gijs. ⁊ indulgētijs. ⁊ omnibꝰ bonis eccle
ſie. ⁊ omnino ⁊ totaliter remanet nudꝰ ⁊
miſer ⁊ miſerabilis ⁊ paup ⁊ cecuſ. Et ꝓ
pterea dicit aug̃. Nichil deb3 chriſtianꝰ
ſic formidare ſicut ſepari a corpe chriſti.
ſc3 ꝑ excōicationē maiorē. Terco q2 excō
municatus multos inficit. q2 oēs q̄ ꝑtici
pant ei ſciēter publice denūciato. Un̄ di
cit̄ in decretis. Cōmunicās excōicato in-
debite excōmunicationē incurrit. xj. q. iij
ꝑcipue. ⁊ c. Si qs eps. Un̄ eſt morbꝰ cō
tagioſus ſicut lepra. ideo ab hominibus
ſicut lepra debet vitari. Nā magna infa-
mia eſt ⁊ vituperiu3 ab ecclia expelli vel
vitari ab hoībus ſicut leproſus. Un̄ ex-
cōicatus eſt magis infamis q̄3 iudeꝰ vl'
ſaracenꝰ. q2 cū illis habet plus loqui q̄3
cū excōmunicato. Un̄ dicit̄ in decretis.
Pagano plꝰ licet cōmunicare q̄3 excō-
municato. xj. q. iij. ad menſā. Ex iā dictis
patet ꝙ periculoſū eſt cōicare excōicato.
S3 peccatis noſtris exigētibus de excōi
catione maiori hodie curat̄ modicū. S3
de ꝑticipatōe cū excōicatis quaſi nichil

curaſ. Vñ de hoc exemplū legiſ. ꝙ demo
niacꝰ interrogatus a quodā an excõica
tio vel peccatū plꝰ placeat dyabolo. Re
ſpõdit. excõicatio maioꝛ. qꝛ p illū plures
inficiunſ. ⁊ qñqʒ excõicatꝰ ducentos infi
cit vno die ſicut in puincijs. in zechis ⁊ ſic
de alijs

## In die ſācto pentecoſtes Euā
## geliūm ſcōm Johā. xiiij.

In illo tempore dixit
ieſus diſcipulis ſuis. Si quis di
ligit me ſermonē meuʒ ſeruabit.
et pater meuſ diliget eū. et ad eū
veniemꝰ. et manſionē apud eum
faciemus. Qui nō diligit me. ſer
mones meos non ſeruat. Et ſer
monē quē audiſtis nō eſt meus.
ſʒ eiꝰ qui miſit me patris. Hec lo
cutꝰ ſū vobis. apud vos manēs.
Paraclitꝰ aūt ſpūs quem mittet
pater in noīe meo. ille vos doce
bit oīa. et ſuggeret vobiſ oīa que
cūqʒ dixero vobis. Pacem relin
quo vobis pacē meaʒ do vobis.
nō q̄uo mundꝰ dat ego do vobiſ
Nō turbetur coꝛ veſtrū neqʒ foꝛ
midet. Audiſtiſ qꝛ ego dixi vobiſ
vado et venio ad vos. Si dilige
retis me. gauderetis vtiqʒ. qꝛ va
do ad patreʒ. qꝛ pater maioꝛ me
eſt. Et nūc dixi vobis priuſquā fi
at. vt cū factū fuerit credatis. Jā
nō multa loquar vobiſcuʒ. venit
enī princeps mūdi huiꝰ et in me
nō habet quicquā. Sʒ vt cogno
ſcat mundꝰ qꝛ diligo patreʒ. et ſi
cut mandatū dedit michi pater
ſic facio.

Poſtilla.

Si quis diligit
me ſmonē meuʒ ſuabit Jo.
xiiij. Hoc euāgeliū locutꝰ ē
dñs ad diſcipulos ſuos Anno eiꝰ. xxxiij
ix. kl'. apl'. luna. xiiij. quinta feria cene dñi
in ditōe. vj. Añ initiū illiꝰ euāgelij ſcribit
ſanctꝰ Johā. in eodē ca. ꝙ chriſtꝰ dixit di
ſcipulis ſuis. q̄ habet mādata mea ⁊ ſer-
uat ea. ille eſt q̄ diligit me. qui aūt diligit
me. diligeť a patre meo. ⁊ ego diligā euʒ
⁊ manifeſtabo ei meipm. tūc ſequiť euā-
geliū hodiernū [Si q̄s diligit me] vuil
helmꝰ. Hodie recolit eccleſia illā ſupera
bundantē ⁊ excellenteʒ donatōeʒ ſpūſſā-
cti. que facta eſt diſcipulis quinq̄geſima
die a reſurrectōe qñ repleti ſunt oēs ſpū
ſancto. ſʒ qꝛ ſpūſſanctꝰ q̄ eſt amoꝛ patris
⁊ filij hodie mittiť. idcirco hodie legitur
euāgeliū in q̄ agiť de dilectōe quā deus
nobis infundit p ſpūm ſanctū [Si q̄s di
ligit me] ſ. affectu hoc oſtēdiť effectu qꝛ
videlicʒ [ſermonē meū ſeruabit. ⁊ pater
meꝰ diliget eū] p qđ oſtendit ſe vnū cuʒ
patre in eſſentia [⁊ ad eū veniemꝰ] vuil-
helmꝰ. Ego ⁊ pater ⁊ ſpūſſanctꝰ [⁊ man
ſionē apud eū faciemꝰ] in pſenti p grām
⁊ in futuro p gloꝛiā [q̄ nō diligit me. ſer-
monē meū nō ſeruat] Ly. tales ſunt mū-
dani hoīes ⁊ puerſi [⁊ ſermoneʒ quē au-
diſtis nō eſt meus] ſupple tantū [ſʒ eius
q̄ miſit me patris Hec locutꝰ ſuʒ vobis.
apud vos manens] ſ. pſentia coꝛpoꝛali
[Paraclitꝰ aūt ſpūſſanctuſ quē mittet
pater in noīe meo] tho. ad laudē ⁊ gloꝛi-
am noīs mei [ille vos docebit oīa] Ly. i.
faciet vos intelligere oīa q̄ dico vobis.
Apli adhuc erāt rudes. ⁊ in timoꝛe poſi
ti ex auditu paſſiōis chꝛiſti. Jdeo ad ver
ba chꝛiſti nō diligēter attendebāt. ⁊ p cō-
ſequēs nō capiebant ea ad plenū. pꝑter
qđ dicit gratiaʒ ſpūſſancti poſtea ſupple
re iſtū defectū [⁊ ſuggerʒ vobis oīa que
cunqʒ dixero vobis] i. ad memoꝛiā vo-
bis reducet oblita. qꝛ apli multa de illis
q̄ chꝛiſtꝰ dicebat obliti ſunt timoꝛe paſſi-
onis cōcuſſi [pacē relinquo vobis] id ē
iturꝰ ad patrē relinquo vobis paceʒ pe-
ctoꝛis in pſenti [⁊ pacē meaʒ do vobis]

.i. eternitatis in futuro⌊ nō q̄uo munduſ
dat ego do vobis ⌋.q.d. nō do vobis pa
cē mundanā q̄ eſt breuis.i. ad Theſſa.v.
Cū enī dixerint pax ⁊ ſecuritas. tūc repē
tinꝰ eis ſupueniet interitꝰ⌊ nō turbet cor
veſtrū ⌋Ly.i. nō turbari debetis d̄ receſſu
meo.i. de morte mea⌊ neqȝ formidet ⌋ly.
hoc addit eos aſſecurādo. qꝛ timebāt mo
ri cuȝ eo⌊ audiſtis qꝛ ego dixi vobis va
do ⌋tho.i. ꝑ paſſionē vt parē vobis locuȝ
⌊⁊ venio ad vos ⌋poſt reſurrectōeȝ meā
vt vos illuc introducaȝ. vt patet Jo.xiiij.
Si abiero ⁊ ꝑparauero vobis locū. iterū
venio ⁊ accipiā vos ad meipȝ. vt vbi ego
ſū ⁊ vos ſitis⌊ ſi diligeretis me ⌋.i. pura ⁊
ſincera dilectōe ab oī carnali abſtracta.
⌊gauderetis vtiqȝ. quia vado ⌋ſm ꝙ hō
⌊ad patrē ⌋.i. ad eiꝰ gloriā⌊ qꝛ pater ma-
ior me eſt ⌋Ly. nō ſm deitatē in q̄ filiꝰ eiꝰ
eq̄lis patri ē. ſȝ ſm hūanitatē in q̄ filiꝰ mi
nor eſt patre⌊ ⁊ nūc ⌋tho. exiſtēs vobiſcū
paſſibilis ⁊ mortal'⌊ dixi vobis ⌋.i. ꝙ per
paſſionē vado ad patrē⌊ priuſq̄ȝ fiat vt
cū factū fuerit reminiſcamī ⌋ly.i. ꝙ nō tā
tū ſū hō ſȝ etiā deꝰ q̇ certitudinalit̄ ꝑdico
futura ꝯtingētia. qđ ē ꝓpriū ipiꝰ dei. ſm
ꝙ d̄r Eſa.xlj. Annūciate nobis q̄ futura
ſūt. ⁊ dicemꝰ ꝙ dij eſtis⌊ iā non multa lo
q̄r vobiſcū ⌋.i. in hoc mortali corpe exńs
qꝛ tp̄s ſue captōis erat ꝓpinquū⌊ venit
enī princeps huiꝰ mūdi ⌋tho.i. dyabolꝰ
q̇ ꝓncipat̄ amatoribꝰ huiꝰ mūdi ⁊ regit
eos q̇ ſpōte ꝑ peccatū ſe ei ſubijciūt. veit
enī in miniſtris ſuis ad me capiendū et
ducendū ad mortē⌊ ⁊ ī me nō hȝ quicq̄ȝ ⌋
.i. nullū peccatū. ⁊ ꝑ ꝯſequens nullā mor
tis cām. qꝛ mors intrauit mundū ꝑ pec-
catū. ad Ro.v.⌊ ſȝ vt cognoſcat mundꝰ ⌋
.i. humanū genus⌊ qꝛ diligo patrē ⌋.q.d.
Nō morior qꝛ habeā culpā. ſȝ vt impleā
patris obedientiaȝ cuiꝰ volūtas ē. vt ꝑfi
ciat̄ redēptio humani generis q̄ nō pōt
ꝯpleri ex dei ordinatōe niſi ꝑ mortē meā
⌊⁊ ſicut mandatuȝ dedit michi pater ſic
facio ⌋.i. ex obediētia patriſ libēter ſubeo
mortē. Circa p̄ſens euangeliū vbi d̄r.
Ad eū veniemꝰ ⁊ manſionē apud eū fa
ciemꝰ Notandū ꝙ hug. de prato dicit ꝙ
apl̄i fuerūt pleni ſpū ſancto. oſtēdit q̄dru
plici ſigno. Primū eſt in tribulatōibꝰ ⁊
infirmitatibꝰ nō murmurare. Nā vas
plenū nō reſonat dū tāgit̄. ſȝ vacuū. Sic
apl̄i in īfirmitatibꝰ nō murmurauerūt.
vt patet Luc.x. Ecce ego mitto vos ſicut
agnos ī medio luporū. imo apl̄i nō ſolū ñ
murmurauerūt ī pſecutōibꝰ ⁊ tribulati
onibꝰ. ſȝ ⁊ gaudebāt. vt pȝ Act.v. Ibāt
apl̄i gaudētes a ꝯſpectu ꝯſilij q̄niā digni
habiti ſūt ꝓ noīe ieſu ꝯtumeliā pati. Vñ
apl̄s ad Ro.v. ſȝ ⁊ gloriamur ī tribulatō
nibꝰ. Secūdū eſt firmit̄ ꝯſiſtere. Nā res
plena ſtat firma. Sic apl̄i poſtq̄ȝ ſpūm-
ſanctū receperūt ī fide ⁊ bonis opibꝰ fir-
me ſteterūt. Nā nec reges nec principes
mūdi cū tormētis. nec caro ꝓpria cū ob-
lectamētis. nec demones cū tentamētis
potuerūt ipos mouere. vt patȝ Ro.viij.
Quis nos ſeperabit a charitate dei. q.d.
nullꝰ. Terciū eſt de plenitudīe effūdere.
Nā fons plenꝰ effundit aquā. Sic apl̄i
tanq̄ȝ plenus fons ⁊ ſupercreſcens totū
mundū gratijs ⁊ donis ſpiritualibus re
pleuerunt. vt patet Heſter.x. Fons puuſ
creuit in fluuiū maximū ⁊ in aq̄s pluri-
mas redundauit. Quartū eſt nichil plꝰ
recipere. Nā vas plenū nichil plus reci-
pit. Sic apl̄i nichil terrenū ⁊ a ſpū ſancto
alienū receperunt. Vñ nec diuitias. nec
honores. nec delicias corpis ampliꝰ reci
pere voluerūt. vt patet mat.xix. Dixit pe
trus apl̄s. Ecce nos reliquimus oīa ⁊ ſe
cuti ſumꝰ te. Vñ etiā apl̄s Paulus ad
philipeñ.iij. Oīa arbitratꝰ ſū vt ſtercora
vt chriſtū lucrifacerē ⁊c. Si autē q̇s vult
ſcire an ſpū ſancto plenus ſit. predicta q̄t
tuor ī ſe ꝯſideret ⁊ ſic bonā ſpem habeat
ꝙ hodie recepit ſpiritum ſanctum cum
apoſtolis.

¶ Feria ſecūda pentecoſteſ. Euā
geliū ſcdm̄ Joha. iij.

In illo tempore dixit iesus diſcipulis ſuis. Sic deꝰ dilexit mundū vt filiū ſuū vnigenitū daret. vt oīs qui credit in euȝ nō pereat. ſȝ habeat vitā eternā. Nō enī miſit deꝰ filiū ſuū in mundū vt iudicet mundū. ſȝ vt ſaluetur mundꝰ per ipſum. Qui credit in eū nō iudicatur. Qui aūt nō credit iā iudicatꝰ eſt. qꝛ nō credit in noīe vnigeniti filij dei. Hoc ē aūt iudiciū qꝛ lux venit in mundū et dilexerūt hoīes magis tenebraſ quā lucē. Erāt ei opera eorū mala. Oīs enī qui male agit odit lucem. et nō venit ad lucē. vt nō arguantur opera eiꝰ. Qui aūt facit veritatē. venit ad lucē vt manifeſtentur opera eius. qꝛ in deo ſunt facta ¶ Poſtilla.

Sic deꝰ dilexit mundū. Jo. iij. Hiſtoria huius euangelij cōpleta eſt anno chriſti. xxxiij. ix. kal. apꝛil. feria. vj. indi tione. vj. luna. xv. ſȝ dn̄s hꝯ locutꝰ eſt Anno eiꝰ. xxxij. vj. nonaſ maij. ſabbato. luna xiij. inditōe. v. Añ initiū illiꝰ euāgelij ſcribit ſanctꝰ Joħ. in eodē ca. ꝙ chꝛiſtuſ dixit diſcipulis ſuis. Sicut moyſes exaltauit ſpentē i deſto. ita exaltari opoꝛtet filium hoīs. vt oīs q̄ credit in ipm̄ nō ꝑeat. ſȝ habeat vitā eternā. Tūc ſtatim ſequit̄ euāgeliū hodiernū [ Sic deꝰ dilexit mūdū ] i. hoīeȝ [ vt filiū ſuū vnigenitū daret ] ly. q̄ eſt bonuȝ infinitū. Ex q̄ apparet maxia dei dilectio. vt patȝ Ro. viij. q̄ ꝓpꝛio filio ſuo nō pepcit. ſȝ ꝓ nobis oībꝰ tradidit illū [ daret ] tho. nō vt vēderet ſȝ daret gratis ⁊ liberalit̄ nullis meritis noſtris exigentibꝰ ē incarnatꝰ ⁊ crucifixꝰ [ vt oīs q̄ credit ī eū ] tho. fide ꝑ dilectōeȝ operāte ⁊ vſqȝ in finē pſeuerāte [ nō pereat. ſȝ habeat vitā eternā ] tho. Modo in ſpe. ſed tūc in re [ nō enī miſit deꝰ ] i. ſ. pater [ filiuȝ ſuū in mundū vt iudicet mundū ] ly. ſcȝ in pꝛimo aduētu ſuo. tūc enī nō venit iudicare. ſȝ magis iudicari ꝓ mūdi ſalute. ideo ſequit̄ [ ſȝ vt ſaluet̄ munduſ ꝑ ipm̄ ] vt patet Joħ. xij. Nō veni vt iudicē mūdū. ſȝ vt ſaluificē mundū [ q̄ credit in eū ] ly. tendēdo in eū ꝑ charitatē [ nō iudicatur ] i. nō habet cām vñ ꝯdemnet̄ [ q̄ aūt ñ credit iā iudicatꝰ eſt ] ly. i. hȝ in ſe cām manifeſtā ſue ꝯdēnatōis [ qꝛ nō credit ī noīe vnigeniti filij dei ] q̄ venit ꝓ ſalute mūdi. Nā ad ſalutē ꝑuenit̄ ꝑ nomē vnigeniti filij dei [ Hec eſt aūt iudiciū ] i. cauſa damnatōis [ qꝛ lux ] ly. i. chꝛiſtꝰ q̄ eſt lux vera [ venit in mundū ] i. ſ. carnē aſſumendo ⁊ i ea apparēs ſalutē humani generis opando [ ⁊ dilexerūt hoīes magis tenebras ] Tho. i. delicias carnis ⁊ diuitias mūdi [ q̄ȝ lucē ] i. apertā p̄dicatōȝ chꝛiſti arguentē peccata [ erāt enī opa eoꝝ mala ] tho. q̄ a luce diſcoꝛdāt ⁊ tenebraſ querunt. ⁊ iō dicunt̄ opa tenebraꝝ [ oīs enī q̄ male agit ] i. q̄ in malis opibꝰ delectatur [ odit lucē ] q̄ tñ naturaliter oībꝰ ē amabilis [ ⁊ nō venit ad lucē vt nō arguātur opa eiꝰ ] tho. oīs enī q̄ delectat̄ in malis opibꝰ ſubtfugit lucē p̄dicatōis ⁊ vitatis ⁊ odit eos q̄ mala ſua manifeſtant ⁊ rephendūt [ q̄ aūt facit veritatē ] i. opa ꝯfoꝛmia volūtati dei [ venit ad lucē ] i. in palā [ vt manifeſtent̄ opa eiꝰ ] tho. ſ. ad aliorū exēplar ⁊ edificatōeȝ [ qꝛ in deo ſūt facta ] i. ad gloꝛiā dei. Circa p̄ſens euangeliū vbi dicit̄. Sic deus dilexit mundū dicit Hug. de prato. Q, maxia charitas dei patris ad hoīeȝ q̄ȝtū ad q̄ttuoꝛ d̄mōſtrat̄. Pꝛimo qꝛ filiū ſuū hoīeȝ ⁊ naturā humanā tanq̄ȝ in ſp̄ōſam ſibi accepit. vt cantatur Hodie celeſti ſp̄ōſo iuncta eſt eccl̄ia. Ecce mirabilis amoꝛ. ꝙ impatoꝛ

diues.potẽs.⁊ pulcer.ſapiẽs ⁊ etern⁹.ac
cepit paupculã.inualidã.inſipientem.et
morte ꝯdemnatã.ad Heb.ij. Nuſq̃z an
gelos apphendit.ſʒ ſemẽ abrae. Secun
do ĩ eo ꝙ eundẽ filiũ poſtq̃z carnẽ aſſum
pſit.fecit triginta trib⁹ annis viuire hoĩez
erudiẽdo ⁊ informãdo ⁊ tandẽ p ipſo re
dimendo ꝯſtituit eũ mori. Tercio ĩ eo ꝙ
homines ſibi ĩ filios adoptauit ⁊ fratreſ
chriſti eſſe voluit Vñ.j. Iohã.iij. Videte
qualẽ dilectionẽ dedit nobis de⁹.vt filij
dei nominemur ⁊ ſimus. Quarto ꝙ ho
mines ſic redemptos ⁊ in filios adopta
tos heredes regni ſui fecit cũ filio ſuo ie
ſu chriſto.ad Ro.viij. Filij dei ſum⁹. Si
aũt filij ⁊ heredes.heredes quidem dei.
coheredes aũt chriſti.

¶ Feria tercia pentecoſtes. Euã
geliũ ſcdm Iohã.x.

In illo tempore dixit
ieſus diſcipulis ſuis. Amen amẽ
dico vobiſ. Qui nõ intrat per ho
ſtiũ in ouile ouiũ ſʒ aſcẽdit aliun
de ille fur eſt et latro.qui autẽ in
trat per hoſtiũ paſtor eſt ouium
huic hoſtiari⁹ aperit. et oues vo
cẽ ei⁹ audiũt. Et ꝓprias oues vo
cat noĩatim et educit eas. Et cuʒ
proprias oues emiſerit.ante eaſ
vadit et oues illũ ſequũtur. quia
ſciũt vocẽ ei⁹. Alienuʒ aũt non ſe
quũtur ſʒ fugiũt ab eo. q2 nõ no
uerũt vocẽ alienorũ. Hoc ꝓuerbi
um dixit eis ieſ⁹. Illi aũt non co
gnouerunt quid loqueretur eis.
Dixit ergo eis iterũ ieſuſ. Amen
amẽ dico vobis.q2 ego ſũ hoſtiũ
ouiũ. Oẽs quotquot venerũt fu
reſ ſũt et latroneſ.ſʒ nõ audierũt
eos oues. Ego ſum hoſtium.per
me ſi quis ĩtroierit ſaluabitur et
ingredietur et egredietur et pa
ſcua inueniet Fur non venit niſi
vt furetur et mactet et ꝑdat. Ego
veni vt vitã habeãt. et abundan
tius habeãt. ¶ Poſtilla.

Amen amen di
co vobis ⁊c. Iohã.x. Hiſto
ria hui⁹ euangelij facta eſt
Anno chriſti.xxxij.vj.kl.octobris.ſabba
to.indictõe.v.luna.xij. Ante initiuʒ illius
euãgelij ſcribit ſanct⁹ Iohã.in p̃cedenti
ca.ꝙ chriſt⁹ dixit. In iudiciũ ego in huc
mũdũ veni.vt q̃ ñ vidẽt videãt.⁊ q̃ vidẽt
ceci fiãt. Et audierũt q̃dã ex phariſeis q̃
cũ ipo erãt. Et dixerũt ei.nunq̃d ⁊ noſ ce
ci ſum⁹. Dixit eis ieſus. Si ceci eſſetis ñ
haberetis peccatuʒ. L y.q2 ſi nõ vidiſſent
opa chriſti.haberẽt aliquã excuſatõeʒ d̃
hoc ꝙ nõ crediderũt. Nũc vo dicitis q2
videmus peccatũ veſtꝝ manet.i.aggra
uatur. Tũc ſtatim ſequit̃ euangeliuʒ ho
diernum ⌊ Amen amẽ dico vobis ⌋ i.ho.
i.in veritate dico vobis ⌊ qui nõ intrat p
hoſtiũ ⌋ i.per me humilẽ ⁊ pauperẽ ⌊ in
ouile ouiũ ⌋ i.in ꝯgregationẽ fidelium ⁊
in eccleſiã dei in qua grex diuinitus cõti
netur ⌊ ſʒ aſcẽdit aliunde ⌋ ſiue p pecuni
am ſiue p falſã iuſticiã ſiue p violentiaʒ.
⌊ ille fur eſt ⌋ rapiẽdo qd̃ nõ eſt ſuũ ⌊ ⁊ la
tro ⌋ retinẽdo qd̃ rapuit. L y.hoc faciunt
mali homines ſtatuʒ p̃lationis indebite
aſſequẽtes ⌊ qui aũt intrat per hoſtiũ ⌋ id
eſt p chriſtũ ⌊ paſtor eſt ouiũ.huic hoſtia
rius aperit ⌋ L y.i.ſpũſſanct⁹ reuelat veri
tatẽ vt ſciat oues paſcere ⌊ ⁊ oues voceʒ
eius audiũt ⌋ L y.i.doctrinã recipiũt ⌊ et
proprias oues vocat nominatim ⌋ i.cer
tiſſime nouit dñs qui ſunt eius.⁊ vocat
eas nõ ſoluʒ voce exterioris p̃dicatõnis
ſʒ interne inſpiratõis ⌊ ⁊ educit eas ⌋ L y.
de tenebris ignorãtie ⌊ ⁊ cũ ꝓprias oues
emiſerit ante eas vadit ⌋ per exempla bo
norum operꝝ ⌊ ⁊ oues illũ ſequunt̃ ⌋ ſcʒ ex
empla ⁊ veſtigia ſui paſtoris ⌊ q2 ſciunt
vocẽ ei⁹ ⌋ p inſpiratões diuĩas ⌊ alienuʒ

aũt nõ ſequunť ] .ſ. qui eſt alien⁹ a deo vi
ta ꝛ doctrina. ſicut eſt heretic⁹ ꝛ qlibet ꝑ
uerſus doctoꝛ [ ſꝫ fugiũt ab eo q2 nõ no
uerũt vocẽ alienoꝝ ] .i. nõ approbant nec
ſequuntur. Gloꝛa. Iſti alieni ſunt pſeu
do prophete. de quibuſ dicitur Matth.
vij. Attendite a falſis prophetis qui ve
niunt ad vos ĩ veſtimẽtis ouiũ. intrinſe
cus aũt ſũt lupi rapaces [ hoc ꝓuerbiũ
dixit eis ieſus. illi aũt nõ cognouerũt qd
loqueref eis ] Tho. i. nõ intellexerũt quiſ
eſſet paſtoꝛ. quis fur. ꝛ que oues [ dixit er
go eis iteꝝ ieſus Amẽ amẽ dico vobis.
q2 ego ſum oſtiũ ouiũ ] ꝑ qd intrãt oueſ
ad fidem. Omnes quotquot venerunt
ante me ] Tho. ſ. ex ſe. nõ miſſi vel non in
ſpirati a deo [ fures ſunt ] rerum ꝛ digni
tatum [ ꝛ latrones ] animaꝝ. q2 eas occi
dunt ꝑ falſam doctrinã [ ego ſũ hoſtiũ.
ꝑ me ſi quis introierit ] .ſ. in eccleſiã ꝛ ſo
cietatẽ fideliũ [ ſaluabitur ] per gratiam
[ ꝛ ingredietur ] .ſ. ad cõtemplationẽ dei
tatis [ ꝛ egredietur ] .ſ. ad ꝯſiderationem
glorioſe hũanitatis in chriſto [ ꝛ paſcua
inueniet ] q2 vtraqꝫ ꝯſideratio erit dele
ctabilis ꝛ iocũda. vt patet Eſa. xxxiij. Re
gem in decoꝛe ſuo videbunt [ fur ] .i. qui
cunqꝫ per me non ingreditur [ nõ venit
niſi vt furetur ] id eſt vt ſibi vſurpet do
minatum ꝛ honoꝛeꝫ in plebe [ ꝛ mactet ]
per falſam doctrinam [ ꝛ perdat ] .i. mit
tat in damnationem eternam [ Ego ve
ni vt vitam habeant ] Tho. in pſenti per
gratiam [ ꝛ abundantius habeant ] i fu
turo per gloꝛiam. Unde apoſtol⁹ .i. Co
rinth. ij. Oculus non vidit nec auris au
diuit nec in coꝛ hoĩs aſcendit. que prepa
rauit deus his qui diligunt eum. Cir
ca preſens euãgelium vbi dicitur. Per
me ſi quis introierit. Notandum ꝙ hu
go de prato dicit. Qꝫ chriſtus dei filius
propter noſtrã ſaluteꝫ quattuoꝛ itinera
peregit. Primuꝫ fuit de celo in terraꝫ ve
niendo. qñ carnem aſſumpſit de glorio
ſa virgine maria Joh. xvj. Exiui a patre
ꝛ veni in mundũ. Et hoc iter fuit penoſũ
quia penalitateſ humane nature aſſum
pſit. vt patet Eſa. liij. Uere languoꝛeſ no
ſtros ipe tulit. ꝛ doloꝛes noſtros ipe poꝛ
tauit. q2 hic in mundo trigintatrib⁹ an
nis vixit ꝛ nunqꝫ riſit. Secundũ iter fu
it de mundo ad inferos deſcẽdendo. qñ
ſedentes in tenebris viſitauit. ꝛ hoc fuit
iter victoꝛioſum. quia poꝛtas inferni cõ
fregit. Tercium fuit de inferno ad mun
dum redeundo. quãdo ꝯfractis inferis
cum magna preda a moꝛtuis reſurrexit
Quartum fuit de mundo ad celuꝫ aſcẽ
dendo. qñ in die aſcenſionis videntibus
apl'is eleuat⁹ eſt ꝛ nubes ſuſcepit eũ ab
oculis eoꝛum. ꝛ hoc iter fuit valde gau
dioſum. Unñ ps. Aſcẽdit deus in iubila
tione ꝛ dñs in voce tube.

¶ Feria quarta pẽtecoſtes. Euã
geliũ ſecundũ Johã. vj.

IN illo tempoꝛe dixit
ieſus turbis iudeoꝛum. nemo po
teſt venire ad me niſi pater qui
miſit me traxerit eũ. Et ego reſu
ſcitabo euꝫ in nouiſſimo die. ſcri
ptũ eſt in prophetis. Erunt oẽs
docibiles dei. Ois qui audiuit a
patre et didicit venit ad me. Nõ
q2 patrẽ vidit quiſquã niſi is qui
eſt a deo. hic vidit patrem. Amẽ
amẽ dico vobis qui credit in me
habet vitã eternã. Ego ſũ panis
vite. patres veſtri mãducauerũt
mãna in deſerto et moꝛtui ſunt.
hic eſt panis de celo deſcendẽs.
vt ſi quis ex ipſo manducauerit
nõ moꝛiatur. Ego ſuꝫ panis viu⁹
qui de celo deſcẽdi. ſi quis mãdu
cauerit ex hoc pane viuet in eter
nũ. Et panis quẽ ego dabo caro
mea eſt. ꝑ mundi vita.

¶ Poſtilla.

Nemo poteſt ue
nire ad me. Joh.vj. Hiſtoria
hui⁹ euāgelij facta eſt anno
chriſti.xxxij.xviij.kl'.maij.feria.iij.lūa.xx
iij.inditōe.v.Añ initiū illi⁹ euāgelij ſcri
bit ſanct⁹ Jo.in eodē ca.Q₂ iudei mur-
murauerūt de illo v̄bo qd̄ chriſtus dixit
Ego ſū panis viu⁹ q̄ de celo deſcēdi.⁊ di
cebāt.Nōne hic eſt ieſ⁹ fili⁹ ioſeph cui⁹
nos nouimus patrē ⁊ matrē.Quomō
ergo dicit hic.q₂ de celo deſcendi.Rn̄dit
ergo ieſus ⁊ dixit eis.Nolite murmura
re inuicē⌊Nemo p̄t venire ad me⌋tho.
p fidē credēdo ⁊ amādo⌊niſi pater me⁹
traxerit eū⌋i.adiuuet eū p gratiā ſuam.
Notandū eſt ergo ſm Tho.q₂ pater oēſ
trahit.q₂ oīb⁹ offert gratiā.nō tñ oēs tra
hunt vel veniūt ad chriſtū.q₂ ⁊ ſi oīb⁹ of
ferat gratia.nō tñ eā oēs accipiūt⌊⁊ ego
reſuſcitabo eū i nouiſſimo die⌋Ly.q₂ ñ
eſt aīa ad plenū beata donec fuerit corpi
reunita⌊ſcriptū eſt in pphetis Erūt oēs
docibiles dei⌋Tho.i.capaceſ diuine do
ctrine⌊oīs q̄ audiuit a patre⌋ſ.diuinas
inſpiratōes pcipiendo⌊⁊ didicit⌋eas ſe
quēdo⌊venit ad me⌋p fidē formatā i p̄-
ſenti ⁊ p gloriā i futuro⌊ñ q₂ patrē vidit
quiſq₃ niſi is q̄ eſt a deo⌋ſ.fili⁹ q̄ natura
liter pcedit a patre⌊Amē amē dico vob
q̄ credit in me h₃ vitā eternā⌋Tho.i.me
ipm q̄ ſū vita eterna⌊ego ſū panis vite⌋
q₂ ille eſt ver⁹ panis q̄ p̄t pſeruare a mor
te ⁊ dare vitā eternā.talis panis eſt chri-
ſtus⌊patres veſtri manducauerūt mā-
na in deſerto⌋p quadraginta annos.vt
habetur Exod.xvj.Deut.viij.⌊⁊ mortui
ſūt⌋oēs corpali morte⌊hic eſt panis de
celo deſcēdens⌋p incarnatōnē quē pfi-
gurabat māna⌊vt ſi q̄s ex iſto mādūca-
uerit⌋ſ.digne⌊nō morieť⌋Tho.in pſen-
ti p culpā.⁊ in futuro p eternā penā⌊ego
ſū panis viu⁹⌋i.viuificās comedentem
⌊q̄ de celo deſcēdi⌋vt eſſē panis hoīm q̄
erā panis angelorū⌊Si q̄s mādūcaue-
rit ex h pane viuet i eternū⌋q₂ iſte panis
i manducantē nō ꝯuertit.ſ₃ eū in ſe ꝯuer
tit.ſm qd̄ dictū ē beato auguſtino.Nec
tu me mutabis i te ſicut cibū carnis tue.
ſ₃ tu mutaberis i me⌊⁊ panis quē ego
dabo caro mea eſt⌋ipa eni caro chriſti ⁊
ipe tot⁹ chriſtus ibi veraciter ꝯtineť ſm
deitatē corp⁹ ⁊ animā

In octaua pentecoſtes.Euan
geliū ſcdm Johā.iij.

In illo tempore. erat
homo ex phariſeis Nicodemus
noīe.princeps iudeorū.hic venit
ad ieſu₃ nocte et dixit ei.Rabbi.
Scim⁹ q₂ a deo veniſti magiſter
Nemo eni poteſt hec ſigna face
re que tu facis niſi fuerit de⁹ cu₃
illo Reſpōdit ieſ⁹ et dixit ei.Amē
amē dico tibi.Niſi quis renatus
fuerit dnuo nō p̄ōt videre regnū
dei. Dicit ad eum Nicodemus.
Quomodo poteſt homo renaſci
cum ſit ſenex.Nūquid poteſt in
ventrē matris ſue iterato introi
re et renaſci. Reſpondit ieſus.
amen amen dico tibi. Niſi quis
renatus fuerit ex aqua et ſpiritu
ſancto. non poteſt introire in re
gnum dei.Quod natū eſt ex car
ne.caro eſt.et quod natu₃ eſt ex
ſpiritu.ſpiritus eſt.Non mireriſ
q₂ dixi tibi.oportet vos naſci de
nuo.Spūs vbi vult ſpirat et vo
cem ei⁹ audis. ſ₃ neſcis vnde ve
niat. aut quo vadat. Sic eſt oīs
qui natus eſt ex ſpiritu Reſpōdit
Nicodemus et dixit ei. Quomo
do poſſunt hec fieri. Reſpondit
ieſus et dixit ei. Tu es magiſter
in iſrael et hec ignoras. Amen
amen dico tibi.quia quod ſcim⁹

loquimur.et qđ vidim⁹ teſtamur
et teſtimoniū noſtruȝ non accipi
tiſ.Si terrena dixi vobis et non
creditis.quō ſi dixero vobis cele
ſtia credetis. Et nemo aſcēdit in
celū niſi qui deſcēdit de celo.fili⁹
hois qui eſt in celo .Et ſicut mo
yſes exaltauit ſerpētē in deſerto
ita exaltari oportet filiū hois.vt
oīs qui credit in ipſū non pereat
ſȝ habeat vitā eternā.

Poſtilla.

ERat homo ex
phariſeis Nicodemuſ noīe
Joh.iij.Hiſtoria hui⁹ euan
gelij facta ē anno chriſti.xxxj.xvj.kł.maij
feria.iiij.indictōe.iiij.luna.v.Añ initium
illi⁹ euāgelij ſcribit ſanct⁹ Johānes in p̄
cedēti ca.Cū ieſus eēt hieroſolimis i pa
ſca i die feſto multi crediderūt i noīe ei⁹.
vidētes ſigna ei⁹ que faciebat.Tūc poſt
modū ſequit̄ euāgeliū hodiernū ⌊ Erat
hō ex phariſeis ⌋ Iſte enī fuit vn⁹ illoꝝ đ
quib⁹ Joh.ij.dicit̄.Q̄ȝ multi crediderūt
in ieſū vidētes ſigna q̄ faciebat.ſȝ ꝓpt iu
deos nō ꝯfitebantur.vt de ſinagoga nō
eijcerentur ⌊ ex phariſeis ⌋ Tho.hec ſecta
erat ꝓbabilior ꝛ honorabilior inter oēs
ſectas iudeoꝝ ⌊ Nicodem⁹ noīe ⌋ ipe eiȝ
poſtmodū ſepe iuit ad chriſtū.vt habet̄
Joh.xix. ⌊ princeps iudeoꝝ ⌋ fuit enī ma
gnuſ inter iudeos ꝛ honorat⁹ ⌊ hic venit
ad ieſū nocte ⌋ timuit enī venire i die ne i
curreret indignatōeȝ iudeoꝝ q̄ iā ꝯſpira
uerūt.Joh.ix.vt ſi q̇s eū ꝯfiteret̄ chriſtuȝ
extra ſinagogā fieret ⌊ et dixit ei.Rabbi
Scim⁹ q̄ a deo veniſti magiſter ⌋ Ly.i.
certū eſt michi ꝙ tua doctrina eſt vā ꝛ a
deo data.ꝛ nō humana int⁹ ꝯficta ⌊ Ne
mo p̄t hͦ ſigna facere q̄ tu facis niſi deus
fuerit cū eo.Rñdit ieſus ꝛ dixit ⌋ Ly.hic
ponit̄ chriſti reſpōſio.q̄ videbat Nico
demuȝ fideliter ꝛ veraciter q̄rere doctri
nam q̄ꝫtum ad ſecreta fidei.Et ideo ince
pit a primo ſacramēto.ſ.baptiſmi.q̇ ē re
generatio ſpūalis.ꝛ per ꝯſequēs neceſſa
ria ad ſalutē ⌊ Amē amē dico tibi.niſi q̇ſ
renat⁹ fuerit denuo ⌋ i.iteꝝ p generatōȝ
ſpūalē ⌊ nō poteſt videre regnū dei ⌋ Ly.
viſio enī dei nō p̄t hoib⁹ cōpetere niſi p
gratiā ꝛ ad hāc gratiā ꝯſequendā requi
rit̄ generatio ſpūalis.p quā hoīes fiūt fi
lij dei.ꝛ p cōſequēs heredes vite celeſtis.
⌊ dicit ad eū nicodem⁹ quō p̄t hō renaſci
cū ſit ſenex.nunq̇d pōt in ventrē matris
ſue iterato introire ꝛ renaſci ⌋ .q.đ.nō.q̄
quātitas nō ꝑmittit ⌊ Rñdit ieſuſ.Amē
amē dico tibi.niſi q̇s renat⁹ fuerit ex aq̄
ꝛ ſpūſancto ⌋ .q.đ.Tu de carnali genera
tione intelligis q̄ ego de ſpūali generatō
ne dico ⌊ niſi q̇s renat⁹ fuerit ⌋ ſpūali ge
neratōe q̄ fit ⌊ ex aqua ꝛ ſpiritu.nō p̄t in
troire in regnū dei ⌋ Ex hoc habemus ꝙ
ba ptiſmus eſt quedā ſpūalis generatio
Et eſt primū ſacramentū ꝛ ianua omni
um ſacramētoꝝ ꝛ ſine eo null⁹ ſaluatur.
⌊ qđ natū eſt ex carne ⌋ ſm v̇tutē carnaliſ
generatōis ⌊ caro eſt ⌋ i.ꝯſtituitur i vita
carnali tantū ⌊ ꝛ qđ natū eſt ex ſpū ſpūs
eſt ⌋ i.ꝯſtituit̄ in vita ſpūali ⌊ nō mireriſ ⌋
i.nō debes admirari ⌊ q̄ dixi tibi oportȝ
vos naſci denuo ⌋ q̄ nō loquor de gene
ratōe carnali de q̄ tu arguis.ſȝ de ſpūali.
⌊ ſpūs vbi vult ſpirat ⌋ .ſ.dando gratiam
cui vult.vt ad Ro.ix.Cui vult miſeretur
et quem vult indurat ⌊ ꝛ vocem eius au
dis ⌋ ſcilicet in predicationibus.vt patet
Matth.x.Non enim vos eſtis qui loq̄
mini.ſed ſpiritus patriſ veſtri qui loqui
tur in vobis ⌊ ꝛ neſcis vnde veniat aut q̊
vadat ⌋ Unde aug̃.dicit ꝙ illa verba de
ſpiritu ſancto intelligēda ſunt.q̇ in ꝓphe
tis ꝛ in ſcripturis ſacris loquit̄.ſȝ princi
piū hui⁹ ſcripture.ſ.ſpūſſanct⁹ ꝛ ei⁹ finis
ſcilicet beatiudo celeſtis nobis occultā
tur ꝛ ſola fide tenetur ⌊ Sic eſt omnis q̄
natus ē ex ſpiritu ⌋ ſcilicet ſancto .i.i vita

ſpūali ꝯſtituit⌋ Rn̄dit nicodemꝰ ⁊ dixit
ei. quō poſſunt hec fieri⌋ Goꝛ. in h̄ notat̄
diligētia in nicodemo. qꝛ nō ceſſauit q̄re
re donec intelligeret⌋ rn̄dit ieſꝰ ⁊ dixit ei.
Tu es magiſter ī iſrl̄ ⁊ h̄ ignoꝛas⌋ Goꝛ.
q. d. te iudei magnū doctoꝛē reputant. ⁊
tn̄ ignoꝛas fidei īitia ⁊ viā ſalutis⌋ Amē
amē dico tibi. qꝛ qđ ſcimꝰ loquimur⌋ .i.
ego ⁊ mei apl̄i⌋ ⁊ qđ vidimꝰ teſtamur et
teſtimoniū noſtꝝ n̄ accipitis⌋ ſic ꝓbatū
⁊ certū⌋ ſi trena dixi vobis⌋ Tho. đ rege-
neratōe baptiſmi q̄ fit ī aq̄ ⁊ ſpū⌋ ⁊ n̄ cre
ditis. quō ſi dixero vobis celeſtia crede-
tis⌋ .ſ. generatōeꝫ eternam filij đi a patre
⁊ filio credetis⌋ ⁊ nemo aſcēdit ī celuꝫ⌋ .i.
nemo hꝫ v̓tutē illuc aſcēdēdi ꝓpꝛia ptāte
⌋ niſi q̄ deſcēdit de celo filiꝰ hoīs q̄ ē in ce
lo⌋ p p̄ſentiā ⁊ īmenſitatē diuinitatis. ergo
q̄libꝫ hō q̄ aſcēdit ⁊ ſaluat̄ aſcēdit p chꝛi-
ſtū⌋ ⁊ ſic moyſes exaltauit ſ̄pentē⌋ Hic
chꝛiſtꝰ agit de ſua paſſione a q̄ v̓tutē hꝫ
baptiſmꝰ. ⁊ oīa alia ſacramēta dicēs⌋ ſi-
cut moyſes exaltauit ſerpētē⌋ vt legit̄ nu.
xxj. q̄ murmurātibꝰ iudeis ꝯ deū ⁊ moy
ſen ⁊ dicētibꝰ. Aīa noſtra nauſeat ſup ci
bo iſto leuiſſimo īmiſit dn̄s ſ̄pētes igni-
tos q̄ eos inficiebāt. Clamāte aūt moy-
ſe ad dn̄m. iuſſit dn̄s ſerpētē fieri eneū et
affigi ī palo vt aſpiciētes ī eū pcuſſi a ſer-
pētibꝰ ſanarent̄. h̄ ſerpēs fuit figura paſ-
ſiōis chꝛiſti. qꝛ ſerpēs eneꝰ affixꝰ in palo
fuit chꝛiſtꝰ innocēs affixꝰ ī patibulo cru
cis. ad cuiꝰ aſpectū .ſ. p fidē ⁊ amoꝛē ſana
tur ī nob̄ venenū peccati. ⁊ ignite ꝯcupi
ſcētie⌋ ita exaltari opoꝛꝫ filiū hoīs⌋ Tho.
Hic oſn̄dit modū ſue paſſionis. Voluit
aūt dn̄s noſter ieſꝰ chꝛiſtꝰ illo mō moꝛi
ſcꝫ exaltatꝰ in cruce. vt ſicut terrā purga
uerat ſua ꝯuerſatōe. ita purgaret aerē ⁊
oīa celeſtia ſua paſſione ⁊ vt terrena cuꝫ
celeſtibꝰ pacificarꝫ. Et iō ſtetit q̄ꝗ medi
inter celū ⁊ terrā. vt patet p apl̄m dicētē.
Pacificās p ſanguinē crucis eiꝰ. ſiue q̄
ſūt ī terris ſiue q̄ in celis ſūt⌋ vt oīs q̄ cre
dit ī ipm⌋ .ſ. v̓a fide⌋ nō peat⌋ moꝛſu ſ̄pē
tū .i. đmonū infectōe viciorꝝ ⁊ moꝛte ſup
pliciorꝝ⌋ ſꝫ habeat vitā eternā⌋ hic in ſpe
⁊ poſtea in re. Circa p̄ſens euangelium
vbi dicit̄. Niſi quis renatꝰ fuerit. Notā
dū q̄ hugo de prato dicit. q̄ deus a prin-
cipio mūdi vſqꝫ modo ꝯtra peccatū oꝛi
ginale tollendū remedia oꝛdinauit. Nā
hō fecit moꝛbū. ⁊ deꝰ fecit remediū. Pri
mum remediū fuit ſacrificiuꝫ p adultis.
Et inde eſt q̄ antiq̄ patres deo ſacrificiū
offerebāt. Si aūt puuli moꝛiebant̄ ante
vſū liberi arbitrij. ſufficiebat eis fides pa
rentū. vt ſicut fuit a parentibus introdu
ctum peccatū. ita p eoſdē deleret̄. Si āt
parētes paruulorꝝ q̄ moꝛiebant̄ nō erāt
fideles. paruuli nō ſanabant̄. Secundū
remediū fuit circūciſio tpe abꝛae. qꝛ deus
mādauit abꝛae vt ipe ⁊ poſteri eiꝰ debe-
bant circūcidi. Tercium remedium fuit
baptiſmus quē chꝛiſtus inſtituit qui nō
ſolum purgat peccatuꝫ oꝛiginale ⁊ actu
ale. ſed etiā aperit celū qđ circūciſio non
fecit ⁊ hoc facit baptiſmꝰ in virtute paſſi
onis chꝛiſti ⁊ in ſignū huius exiuit de la
tere chꝛiſti ſanguis ⁊ aqua

## In feſto coꝛpoꝛis chꝛiſti. Euā geliū ſcđm Johā. vj.

In illo tempoꝛe dixit
ieſus diſcipulis ſuis. et turbis iu
deorū. Caro mea vere eſt cibꝰ. et
ſāguis meꝰ vere ē potꝰ. Qui mā
ducat meā carneꝫ. et bibit meuꝫ
ſanguinē. in me manet et ego in
eo. Sicut miſit me viuens pater
et ego viuo pꝛopter patrē Et qui
māducat me et ipſe viuet ꝓpter
me. Hic eſt panis qui de celo de
ſcendit. Non ſicut māducauerūt
patres veſtri manna in deſerto
et moꝛtui ſunt. Qui manducat
hunc panem viuet in eternum

Poſtilla.

CAro mea uere
eſt cibꝰ. ⁊ ſanguis ⁊c. Joh. vj
Hiſtoria huiꝰ euangelij fa-
cta eſt Anno chriſti. xxxj. xviij. kal. maij.
feria. iij. indictõe. v. luna. xxiiij. An̄ initiuz
illiꝰ euãgelij ſcribit ſanctꝰ Johã. in eodē
ca. Q, chriſtꝰ dixit turbis iudeoꝝ Amē
amē dico vobis niſi mãducaueritis car
nē filij hoīs ⁊ biberitis eiꝰ ſanguinē non
habebitis vitã ī vobis. Tūc poſtmoduz
ſequit̄ euãgelium hodiernū [ Caro mea
ṽe eſt cibꝰ ] Hic chriſtus loquit̄ de ſacra
mēto eucharistie. in q̊ ſacramēto ꝯtinet̄
ṽa caro chriſti crucifixi ī cruce. ⁊ ſãguis
eiꝰ effuſus ī paſſiõe dicēs [ Caro mea ṽe
eſt cibꝰ. ⁊ ſanguis meꝰ ṽe eſt potꝰ ] ly. ca
ro eni ⁊ ſanguis chriſti reficiūt animam
q̄ īmortalis eſt. Cibꝰ aūt corꝑalis reficit
tantū corpꝰ q̄d eſt corruptibile. vñ aug̊.
Cū ī cibo ⁊ potu hoīes id appetãt vt om-
nino nõ eſuriãt neqz ſitiãt h̄ veraciter n̄
p̄ſtat niſi iſte cibus ⁊ potꝰ q̊ eos a q̊bꝰ ſu
mit̄ īmortales ⁊ incorruptibiles reddit.
⁊ facit ſocios ſanctorū vbi pax erit ⁊ vni-
tas [ q̊ mãducat meã carnē ] ſpūali man
ducatõne [ ⁊ bibit meū ſanguinē ] p̄ dile
ctionē [ ī me manet ⁊ ego ī eo ] tho. In iã
dictis ṽbis dat chriſtꝰ intelligere differē
tiã iſtiꝰ cibi ad alios carnales cibos. Alij
eni cibi ꝯuertunt̄ ī mãducantē. Iſte cibꝰ
manducantē ī ſe ꝯuertit. vt dictū eſt ſan-
cto Aug̊. Nõ tu me mutabis in te ſicut
cibū carnis tue. ſz tu mutaberis ī me [ ſic
miſit me viuēs pater ] Tho. i. hoīez fecit
[ ſic ego viuo ꝓpt̄ patrē ] referendo totã
vitã meã ad ipm̄ [ ⁊ q̊ mãducat me. ⁊ ipe
viuet ꝓpt̄ me ] q2 vnimur deo p̄ fidē ⁊ di
lectõez ī p̄ceptõe ſacramēti [ hic ē panis
q̊ de celo deſcēdit ] .i. de ſinu patris. Anſ-
helmꝰ. Vt panē angeloꝝ mãducaret hõ
rex angeloꝝ factꝰ eſt hõ. [ nõ ſic mãduca
uerūt p̄res veſtri mãna ī deſerto ⁊ mortui
ſūt ] ly. ⁊ iõ nõ fuit ṽe cibꝰ celeſtis. ſz tãtū

figura eiꝰ. q2 vitã ſpūalē nõ ꝯferebat. ſed
eandē dari ī h̄ ſacramēto p̄figurabat. ſic
eni manna deuotis ⁊ gr̄tis dabat oīm ci-
boꝝ delectamentū. Malis aūt erat inſi
piduz. ſic d2 Nu. xxj. Aīa noſtra nauſeat
ſup cibo iſto leuiſſimo. Sic eucharistia
digne ſumētibꝰ eſt vite ſpūalis ſolatiuz.
⁊ indigne ſumētibꝰ iudiciū [ q̊ mãducat
hūc panē ] ly. digne [ viuet ī eternū ] vñ
aug̊. Qui ex nobis vitã eternã hr̄e non
poſſumꝰ. panē celi mãducare debemus
ut viuamꝰ. Vñ Remi. Cū oīs ſalus cor
poris ⁊ aīe eſt ī corꝑis ⁊ ſanguinis ſuſce-
ptione. honoremꝰ chriſtū ī hoc ſacramē
to. vt mediãte h̄ ſacratiſſimo ſacramēto
ad eternam ſalutē ꝑuenire mereamur.
Vñ circa p̄ns euãgeliū vbi d2. Qui mã-
ducat hūc panē. Notãdū q̄ paīs ⁊ vinū
int̄ ꝯſueta nutrimēta maxie corpꝰ nutri-
unt ⁊ ſuſtentãt. Inſtituit ergo dñs ieſus
chriſtꝰ ſb his ſpēbus vt ītelligeremꝰ p̄ h̄
q̄ ſic panis ⁊ vinū maxie nutriūt corpus
⁊ ſuſtētãt. Sic ꝯtentū ſb iſtis ſpēbus ma
xime ſuſtētat. nutrit. ⁊ reficit aīaz. Hoc eī
ſacramētū digne ſūptū int̄ oīa alia ſacra
mēta plꝰ efficit ⁊ augz charitatē. ⁊ ꝯ̄iter
oēs ṽtutes. ⁊ maxie valet ad dimiſſionē
oīz pctõꝝ ⁊c. vñ etiã magiſter ſn̄iaꝝ li. iiij.
di. xj. dic̄ q̄ ſb hmõi ſpēbꝰ paīs ⁊ vini pꝰ
ꝯſecratõez ſūt oīa q̄ ſūt ī chriſto ī ſua exi-
ſtētia natali. q2 ibi ē puriſſima caro chri-
ſti ſiue corpꝰ eiꝰ. q̄d fabricãte ſpūſancto
tractū fuit d̄ ſuꝑbñdicto vtero ṽgis glo
rioſe ⁊ q̄d nūc glorificatū ē ī celo. Scd̄o
q2 caro chriſti n̄ viuit ſine ſãguie. iõ ē etiã
ibi ſãguis iſte p̄cioſꝰ q̊ emanauit abūdã
ter p̄ m̄ltiplicia vulnera dñi nr̄i ieſu chri-
ſti. Tercio q2 n̄ ē verꝰ hõ ſine aīa rõali. p̄
pt̄ q̄d etiã ē ibi aīa chriſti. cui datꝰ ē ſpūs
ſãctꝰ n̄ ad mēſurã. Quarto q2 chriſtꝰ eſt
verꝰ deꝰ. iõ ꝯ̄iter ē ibi pſona filij dei ſue
hūanitati vnita. ī vnitate ſuppoſiti Et ſic
h̄ q̄ttuor ſūt q̄ q̄dlibz eoꝝ ē vaciē ſub ſpē
panis. ita ⁊ omnia ſimul. ⁊ quodlibet in

calice ſub ſpecie vini ꝯtinet.nec plus ſub
ſpecie panis qꝫ i calice ſub ſpecie vini ꝯti
net.aut ecōuerſo.ſꝫ idẽꝫ ꝑ oia ⁊ eodẽ mō
⁊c.Itē notandū ꝙ chriſtiani nō adorāt in
h ſacramēto panē.cū ex fide ſciūt illū ibi
nō eſſe.ſꝫ ſubſtātialiter verſū i chriſti ve
rū corpꝰ.Nec adorāt ſpēs ſacramētales
vt deū.⁊ accidētia q̄ remanſerūt.ſꝫ ado
rant chriſtū dn̄m verꝫ deum ⁊ hoīeꝫ ſub
iſtis ſpeciebꝰ inuiſibiliter exiſtentē ⁊ rea
liter ꝑſentē.Sic ſilr in calice poſt ꝯſecra
tionē nō adorāt vinū.cū nō ſit ibi.ſed eſt
ſubſtantialiter verſū in ſanguinē chriſti
Nec adorāt ſpecies vini vt deū.ſꝫ adorāt
chriſtū dn̄m veruꝫ deū ⁊ hoīeꝫ ſub iſtis
ſpeciebꝰ ſic inuiſibiliter exiſtentē ⁊ realit
ꝑſentē.Itē notandū ꝙ non debet quiſqꝫ
credere ꝙ i diuiſione hoſtie diuidat ⁊ la
ceret corpꝰ chriſti.Aut ꝙ i hoſtie ſumpti
one corpꝰ chriſti ꝯterat dentibus.aut ꝙ
corpꝰ chriſti digerat ⁊ i corpꝰ ſumentis
ꝯuertat ſicut alij cibi.ſꝫ ſole ſpecies fran
gunt ⁊ atterunt qbꝰ ꝯſumptis deſinit ibi
eſſe corpꝰ chriſti.⁊ remanet in aīa ſolus
ſacramenti effectꝰ.q̄ eſt aīe refectio ꝑ au
gmentū gratie ⁊ virtutū.Vn̄ etiaꝫ Da
maſcenꝰ dicit.Dū ſpecies ſentitur ſacra
mentū eſt.dū aūt d̄ſinit ſentiri ſacramē
tū nō eſt ⁊c.Itē ſciendū ꝙ tota eccleſia ca
tholica iſto ſacramēto reficit.Vn̄ greg.
Offert enī pro gloria beatoꝝ.ꝑ ſalute vi
uoꝝ.⁊ ꝑ ſubita liberatione i purgatorio
detentoꝝ.Ad qđ deſignandū hoſtia frā
git in tres ptes.⁊ chriſtꝰ integraliter eſt i
q̄libet.Vn̄ de hoc dicit in decretis.In q̄
libet pte hoſtie totꝰ ⁊ integer eſt chriſtus
deꝰ.xvj.q.ij.Singuli.Vn̄ etiā Greg.pa
pa.Particula i calice miſſa ſignificat be
atos in patria.q̄ vino eterne dulcedinis
inebriant.Alie vō due pticule q̄ dentibꝰ
atterunt ſignificāt illos q̄ vel in ꝑſenti vi
ta.vel etiā in purgatorio in penis tranſi
torijs affliguntur.

Dominica prima poſt octauas
pentecoſtes.Euā.ſcđm Lu.xvj.

In illo tempore dixit
ieſus turbis iudeorū et phariſeo
rum.Homo quidaꝫ erat diues qui
induebatur purpura et biſſo.et
epulabatur quotidie ſplēdide Et
erat quidā mendicꝰ noīe Lazarꝰ
qui iacebat ad ianuā eiꝰ vlceribꝰ
plenꝰ.cupiens ſaturari de micis
que cadebāt de menſa diuitis.et
nemo illi dabat.Sꝫ et canes ve
niebāt et lingebāt vlcera eiꝰ.Fa
ctum eſt aūt vt moreretur medi
cus.et portaretur ab angelis in
ſinū abrae.Mortuꝰ eſt aūt et di
ues et ſepultꝰ eſt in inferno.Ele
uans aūt oculos ſuos.cū eſſet i
tormētis.vidit abraam a lōge et
lazarū in ſinu eiꝰ.et ipſe clamans
dixit.pater abraam miſerere mei
et mitte lazarū vt intingat extre
mū digiti ſui in aquaꝫ vt refrige
ret linguā meā.qꝛ crucior in hac
flama.Et dixit illi abraaꝫ.Fili re
cordare qꝛ recepiſti bona in vita
tua.et lazarꝰ ſimiliter mala.Nūc
aūt hic cōſolatur.tu vero crucia
ris.Et in his omnibꝰ inter nos
et vos chaos magnū firmatum
eſt vt hi qui volūt hinc trāſire ad
vos non poſſint.neqꝫ inde huc
trāſmeare.Et ait.Rogo ergo te
pater vt mittas eū i domū pris
mei.Habeo enī quīqꝫ fratres vt
teſtetur illis.ne et ipſi veniant in
hunc locū tormentorū Et ait illi
abraaꝫ.habēt moyſen et prophe
tas audiāt illos.At ille dixit.Nō
pater abraaꝫ.ſꝫ ſi quis ex mortu
is ierit ad eos.penitentiā agent
Ait autē illi.ſi moyſen et prophe
tas non audiunt.neqꝫ ſi quis ex
mortuis reſurrexerit credent.

Poſtilla.

HOmo quidaꝫ erat diueſ ꝛc̃. Luc. xvj. Hiſto-
ria huiꝰ euangelij facta eſt Anno chriſti
xxxij. v. kl' octobꝛiſ. dñica. inditõe. v. luna
xvj. Ante initiũ pſentis euangelij ſcribit
ſanctꝰ Lucas in eodẽ ca. ꝙ chriſtꝰ dixit q̇
fidelis eſt ĩ minimo. ⁊ ĩ maioꝛi fidelis eſt
Et q̇ in modico iniquꝰ eſt. ⁊ ĩ maioꝛi ini-
quꝰ eſt. Nõ poteſtis deo ſuire ⁊ mãmo
ne. Audiebãt aũt oĩa hec phariſei. q̇ erãt
auari ⁊ deridebãt eũ. Et ait illiſ. vos eſtiſ
q̇ iuſtificatis vos corã hoĩbꝰ. Deus aũt
nouit corda veſtra. qꝛ qđ hoĩbꝰ altũ eſt.
abominatio eſt apud deũ. Tũc poſtmo
dũ ſequit̃ euangeliũ hodiernũ⌊ Hõ qui
dam erat diues⌋ Guil. Hoc euãgeliũ di
ctũ eſt ꝯtra phariſeos auaros irridẽtes
dñm exhoꝛtantẽ ad largitionez elemoſi-
narũ. Et deſcribit hic chriſtꝰ duos hoĩeſ
vnũ diuitẽ ⁊ alteꝝ pauperẽ⌊ Hõ q̇daꝫ⌋
Glo. diues ignotꝰ fuit ante deũ. id noĩe
nõ deſignat̃⌊ erat diues⌋ Ly. ecce ſupflui
tas ĩ cenſu⌊ q̇ induebat̃ purpura ⁊ biſſo⌋
ecce exceſſꝰ ĩ veſtitu. Beda dicit ꝙ biſſus
eſt genꝰ candidiſſimi ⁊ nobiliſſimi lini q̇
tantũ naſcit̃ in egipto. Lino igit̃ vtebat̃ ĩ-
teriuſ ad carnẽ ꝑpter molliciẽ. purpura
exteriꝰ ꝑpter inanẽ gloꝛiã⌊ ⁊ erat quidã
mendicꝰ noĩe lazarꝰ⌋ Ly. exprimit̃ autez
eiꝰ nomẽ qꝛ erat cognitꝰ deo ꝑ approba
tionẽ. Nõ fuit iſte lazarꝰ frater magda-
lene ⁊ marthe. ſꝫ fuit aliꝰ lazaruſ q̇ diu vi
xit ante chriſtũ⌊ q̇ iacebat ad ianuã diui-
tis vlceribꝰ plenꝰ⌋ Ly. vt ex vicinitate ma
gis appareret duricia diuitiſ. ⁊ ꝓbaretur
patiẽtia pauꝑis⌊ cupiẽs ſaturari de mi-
cis⌋ Ly. nõ dicit p̄cioſis⌊ q̃ cadebãt đ mẽ-
ſa diuitis⌋ In q̊ appareꝫ maxima duricia
diuitis. eo ꝙ ꝑire ꝑmittebat vñ pauꝑ po
terat ſubleuari⌊ ⁊ nemo illi dabat⌋ Glo.
qꝛ q̃lis dñs talis ⁊ familia⌊ ⁊ canes veni
ebãt ⁊ lingebãt vlcera eiꝰ⌋ Ly. Brutalis
pietas in lingẽdo vlcera pauꝑis. arguit
duriciã diuitis. qꝛ curabilioꝛes erant ca-
nes pauꝑi q̃ꝫ eoꝝ dñs⌊ Factuꝫ eſt aũt vt
moꝛeret̃ mendicꝰ⌋ in patiẽtia ꝓbatus ⁊
purificatꝰ ſicut aurũ in igne⌊ ⁊ poꝛtaret̃
ab angelis in ſinũ abꝛae⌋ Ly. i. ad limbũ
ſanctoꝝ patꝝ. vbi deſcẽdebãt iuſti moꝛi-
entes anteq̃ꝫ impedimẽtũ gloꝛie ꝑ paſſi
onẽ chriſti eſſet amotũ⌊ moꝛtuꝰ eſt autẽ
⁊ diueſ⌋ qꝛ diuitie nõ poſſũt hoĩeꝫ a moꝛ
te p̄ſeruare⌊ ⁊ ſepultꝰ eſt in inferno⌋ Ly.
ab electo differt ĩ claritate mẽtis ⁊ coꝛpiſ
Uñ etiã Joh. xiiij. Jn domo patris mei
mãſiones multe ſũt ⁊c. Sic ĩ inferno eſt
vna pena ſubſtãtialis ꝑ modũ dãni. ſ. ca
rẽtia viſiõis diuie. Alia ꝑ modũ ſenſꝰ. ſ.
vermis ⁊ ignis. Et vtraq3 pena debet̃ ꝓ
q̊libet pctõ moꝛtali. ſ. ſm plꝰ vel minꝰ. di
cunt̃ ergo pctã redire. qꝛ recidiuãti eadẽ
pena debet̃ genere. q̄ pꝛiꝰ. licet ſit maioꝛ
Sicut dicit beatꝰ Jacobuſ. ij. ca. Qui in
vno offendit factꝰ eſt oĩm reꝰ.

Dñica. xxiij. poſt octauas pẽ
tecoſtes. Euã. ſcd̓m Mat. xxij.

**In illo tempoꝛe. abe**
untes phariſei cõſiliũ inierũt. vt
caperẽt ieſu3 in ſermone. Et mit
tunt ei diſcipulos ſuos cũ hero
dianis dicẽtes. Magiſter ſcimꝰ
qꝛ verax es. et via3 dei ĩ veritate
doces. et nõ ẽ tibi cura de aliquo
Nõ eñi reſpicis perſonam hoim
Dic ergo nobiſ quid tibi videtur
licet cenſũ dare ceſari. an nõ. Co
gnita aũt ieſus nequicia coꝛũ di
xit. Quid me tentatis hypocrite
Oſtẽdite michi numiſma cẽſus.
At illi obtulerũt ei denarium. et
ait illꝭ ieſꝰ. cuiꝰ ẽ imago hec et ſu
perſcriptio. Dicũt ei. ceſaris. tũc
ait illis. Reddite ergo que ſũt ce
ſaris ceſari. et que ſunt dei deo.
Poſtilla.

**Abeuntes pha**
riſei inierũt cõſiliũ. mat. xxij.

Mar.xij. Luc.xx. Hāc hiſtoriā dixit dn̄ſ
anno ei⁹.xxxiij.xi.kl'.apl'.feria.iij.luna.xij.
indic̄oe.vj. Vn̄ initiū illi⁹ euāgelij ſcribit
ſanct⁹ matthe⁹ ī pcedēti ca.q̄ chriſt⁹ lo-
q̄baṫ principib⁹ iudeorū ⁊ phariſeis pa-
rabolā iſtā dicēs. Hō paṫfamilias plan
tauit vineā ⁊ locauit eā agricolis. Cū āt
tp̄s fructuū appropinq̄ſſet miſit ſeruos
ſuos ad agricolas vt accipent fruct⁹ ei⁹
Et agcole apphēſis ſuis ei⁹.aliū cecide
rūt aliū occiderūt. aliū vō lapidauerūt.
Nouiſſime miſit ad eos filiū ſuū dicēs.
Verebunṫ forſitan filiū meū. Agricole
vō apphenſū eū eiecerūt extra vineā ⁊ et
occiderūt. Et cū audiſſēt principes ſacer
dotū pabolā iſtā cognouerūt q̄ꝛ de ipſiſ
dicerꝫ. Et querētes eū tenere timuerunt
turbas.q̄ꝛ ſic̄ pphāꝫ eū habebāt.⁊ relicto
eo [ abeūtes phariſei ] Vn̄ Chryſo.ab ip
ſo chriſto [ ꝯſiliū inierūt vt capent ieſū ī
ſmone ] Ly.q̄ꝛ nō poterāt eū cape in ma
lo ope. Et q̄ꝛ facili⁹ capiṫ hō ī vbis q̄ꝫ in
factis [ ⁊ mittūt ei diſcipulos ſuos ] ly.q̄ꝛ
ſi hoīes ſibi incognitos ſm̄ eſtimatōem
eoꝝ.vt corā ipis audaci⁹ loquereṫ.laxa-
ret linguā ad aliq̄d dicendū vn̄ poſſet ca
pi verbis [ cū herodianis ] Ly.iſti hero-
diani erāt milites herodis q̄ interfecit Jo-
hannē baptiſtā.⁊ venerat ad diē feſtū in
hieruſalē.q̄ꝛ iſta q̄ſtio fuit facta feria.iij.
an̄ paſſionēꝫ chriſti. Et de herode legiṫ q̄
ipe erat p̄ſēs ī hieruſalē in die paſſionis
chriſti.q̄ꝛ venerat ī hieruſalēꝫ ppṫ ſolēni
tatēꝫ paſcalē. Sic ergo milites herodis
miſſi ſūt cū diſcipulis phariſeoꝝ.vt diſci
puli phariſeoꝝ poſſēt eū cape in ſermōe
⁊ milites herodiſ ſtati capent eū vt puni
ret in corpe. Sic ergo patꝫ q̄liṫ malicioſe
agebāt ꝯ eū ſibi adulādo vt facili⁹ īduce
rēt eū ad dicendū aliq̄d ꝯ ptātēꝫ ceſaris.
[ dicētes magiſter ſcim⁹ q̄ꝛ verax es ⁊ viā
dei ī vitate doces ] Ly.ſ.in ſana doctrina
[ ⁊ nō eſt tibi cura de aliq̄.nō eni reſpicis
pſonā hoīm ].q.d.nō dimittis timore cu
iuſcūq̄ꝫ hoīs etiā impatoris dicere vita-
tē [ dic ergo nobis q̄d tibi videṫ.licꝫ cēſuꝫ
dare ceſari.an nō ] Bed.ī omelia p̄ſentiſ
euāgelij.diſſentio erat ī p̄plo iudeoꝝ. Ali
q̄ dicebant illicitū eſſe iudeis q̄ ſibi reco
gnoſcerēt hrē aliquē dn̄m ī terris.ſꝫ ſolū
deū q̄ eſt in celis.idcirco nō eſſe licitū da-
re cenſuꝫ ceſari.qui dant decimas.victi-
mas.⁊ oblatōes deo celi. Ecōtrario aūt
alij aſſerebant q̄ erat dare licitū tributū
romanis.q̄ꝛ p defenſione patrie ⁊ terre
militabāt ⁊ ab hoſtib⁹ ⁊ latronib⁹ defē-
debāt.⁊ pacē inter hoīes ꝯſuabāt. Hāc
aūt q̄ſtionē malicioſe pponebāt chriſto
Cogitauerūt eni intra ſe.aut reſpōdebit
p nobis.aut pro ceſare.aut oīno tacebit.
Si rn̄debit p nobis q̄ nō debem⁹ ſolue
re tributū.tūc īcurrit ī indignatōeꝫ ceſa-
ris.et ſtatī milites herodis capiēt eū vt
puniaṫ. Si rn̄debit p ceſare q̄ debemus
ſoluere tributū.tūc īcurrit indignatōeꝫ
p̄pli. Si oīno tacebit.tūc dicem⁹.q̄ꝛ veri-
tatē timet dicere.ppṫ timorē hoīm vl' hu
manū [ cognita aūt ieſus neq̄cia eoꝝ.di-
xit.q̄d me tentatiſ hypocrite ] Ly.q.d.nō
queritis vitatē addiſcere.ſꝫ me vbis ca-
pere [ oſt̄dite michi nūmiſma cenſus ].i.
nūmū q̄ daṫ p cenſu ānuo impatori.[ at
illi obtulerūt ei denariū ] ly.q̄ꝛ iſte nūm⁹
q̄ debebaṫ p ānuo cēſu a q̄libꝫ capitaneo
dom⁹ valebat decē nūmos vſuales. Et
iō vocabaṫ denari⁹ ⁊ erat argente⁹ [ ⁊ ait
illis ieſus.cui⁹ ē imago hēc ⁊ ſuפſcriptio ]
Ly.q̄ꝛ imago ceſaris erat impſſa in illo ⁊
nomē ei⁹ ī circūitu [ dicūt ei.ceſaris ] vn̄
hiero.tyberij ſub q̄ paſſ⁹ ē dn̄s [ tūc ait ill'
reddite q̄ ſūt ceſaris ceſari ] goꝛ.ſic tribu-
tū ⁊ pecunias p q̄s ꝯfitemini vos vē ſub
iectos eē illi [ ⁊ q̄ ſūt dei deo ].i.decimas
pmicias oblatōes atq̄ꝫ victimas. Sic fe
cit ipe chriſt⁹ q̄ reddidit tributa ceſari p
ſe et p petro. Et deo reddidit q̄ dei patris
ſūt faciēs voluntatē ei⁹ ſemper.

Dominica.xxiiij.poſt octauas pentecoſtes Euā.ſcōm mat.ix.

IN illo tempore. Loquente ieſu ad turbas .ecce princeps vnꝰ acceſſit et adorabat eū dicēs. Domine filia mea mō defuncta eſt.ſ veni impone manū tuā ſuper eā et viuet.Et ſurgens ieſus ſequebatur eū et diſcipuli eiꝰ. Et ecce mulier que fluxū ſanguinis patiebatur duodecim annis. acceſſit retro et tetigit fimbriā veſtimēti eiꝰ Dicebat aūt intra ſe.Si tetigero tantū veſtimētū eiꝰ ſalua ero. At ieſus conuerſus.et vidēs eā dixit. Cōfide filia fides tua ſaluā te fecit.et ſalua facta eſt mulier ex illa hora. Et cū veniſſet ieſus in domū principiſ et vidiſſet tibicines et turbā tumultuantē dicebat Recedite.nō ē ei mortua puella ſ dormit.et d ridebant eū.et cū eiecta eſſet turba intrauit.et tenuit manū eiuſ. et dixit. Puella ſurge.et ſurrexit puella Et exiuit fama hec in vniuerſam terrā. Poſtilla.

LOquente ieſu ad turbas Mat.ix.Mar.v.Lucē.viij. Hiſtoria huiuſ euāgelij facta ē anno chriſti.xxxj.iiij.iduſ nouēbris.feria.iij.luna.vij.indictione.iiij. Añ initiū illiꝰ euāgelij ſcribit ſanctꝰ mathēꝰ ī eodē cap.ꝙ diſcipuli Johis baptiſte acceſſerūt ad ieſū dicētes Quare noſ ⁊ pharisei ieiunamꝰ frequēter. diſcipuli aūt tui nō ieiunāt.Ait illis ieſuſ. Nūqd poſſūt filij ſpōſi q̄diu cū illis eſt ſpōſus lugere. Venient aūt dies cum ab eis auferēt ſpōſus.⁊ tūc ieiunabunt.Tūc ſequit̄ euangeliū hodiernū Loquente ieſu ad turbas.ecce p̄nceps vnꝰ acceſſit ly.q̄lis aūt fuerit princeps iſte nō exp̄mit̄ hic.ſ habet̄ Mar.v.⁊ Lu.viij.vbi dicit̄ ꝙ erat princeps ſinagoge noīe iairꝰ.Judei enī habebāt tantū vnū templū vbi poterāt offerre ⁊ imolare.ſ.in hieruſalē.Sz ī alijſ ciuitatibꝰ ⁊ villis habebāt loca determinata in quibꝰ ꝯueniebat ꝑpl's ad orādū ⁊ ad audiendū verbū dei ⁊ tractandū de his q̄ ꝑtinebāt ad cōmunē vtilitatē ꝑpli. Et ille q̄ ꝑerat.cuiꝰ autoritate ꝯgregatō fiebat.dicebat̄ p̄nceps ſinagoge.Et talis erat iſte q̄ acceſſit ad ieſū ⁊ adorabat eū humilit̄.q2 cecidit ad pedes eiꝰ.ſ.faciē do ſibi reuerentiā debitā dicens.dn̄e filia mea modo defuncta eſt.ſ veni impone manū tuā ſup eā ⁊ viuet Mar.v.dr ꝙ dixit eā eſſe in extremis Luce.viij.dicit̄ ꝙ moriebat̄.Et h eſt verū q̄n pater receſſit ab ea.Sz anteq̄z venit ad ieſum mortua eſt.ꝓpter qd nuncij venerunt de domo q̄ dixerūt.noli vexare magiſtꝝ.q2 defuncta eſt filia tua .Credētes ꝙ chriſtus nō poſſet ſuſcitare eā a mortuis.licz poſſet eā ſanare ⁊ ſurgēs ieſus ſequebat̄ eū ⁊ diſcipuli eiꝰ ly.ꝑgens ad domū eius ꝓpter fidei ſue meritū ⁊ ecce mulier q̄ ſanguis fluxū patiebat̄ duodeciz ānis Luē.viij.dr.ꝙ ī medicos erogauerat omnē ſubſtātiā ſuā nec ab vllo potuit curari acceſſit retro chriſtꝰ enī erat ī turba magna q̄ eū cōprimebat.vt habet̄ mar.v.⁊ iō de facili nō potuit habere acceſſū ad eū ⁊ tetigit fimbriam veſtimēti eiꝰ Glo.indignū ſe reputabat tāgere pedeſ dn̄i.vel etiā plenitudinē veſtimēti.habebat eiz chriſtꝰ fimbrias iuxta ꝯſuetudies iudeoꝝ ſm p̄ceptū legis.vt ꝑz Nu.xv. dicebat enī intra ſe .ſ.firmiter credēdo ſi tetigero tantū veſtimētum eiꝰ ſalua ero .ſ.ab hac īfirmitate.Magna fides mlieris.q̄ credidit tantā v̄tutē eē in veſtimētis chriſti.ꝙ a tactu ſanaret̄ q̄ ꝑ medicos ſanari nō poterat.ꝑ q̄bꝰ tantū expēdit ꝙ depaupata fuit.vt dicit̄ Luē.viij.⁊

ieſus ꝯuerſ⁹ ⁊ videns eā dixit. Cōfide filia
fides tua saluā te fecit ⌋ go2. Nō dixit ego
ſanaui te. ſʒ fides tua te saluaʒ fecit. vt vi-
tandā oſtenſionē doceat ⁊ meritū fidei
extollat ⌊ ⁊ salua facta ē mulier ex illa ho-
ra ⌋ ſʒ Amb. videt̃ velle ꝙ hec mulier erat
martha virgo ſoror beate marie magda
lene ⁊ sancti lazari. Notandū ꝙ ī via eun
do ad filiā pncipis archiſinagogi. ſana-
uit mulierē iſtā per tactū veſtis ſue vt ſic
princeps ille ī fide ſolidaret̃ ⌊ ⁊ cū veniſſʒ
ieſus in domū principis ⁊ vidiſſet tibici
nes ⌋ .ſ. carmē lugubre canētes. Antiqt⁹
eni tales ad exeqas vocabant̃ vt ſuo car
mine alios puocarēt ad luctū ⌊ ⁊ turbaʒ
tumultuantē ⌋ .i. lacrimantē ⁊ eiulanteʒ.
⌊ dicebat. recedite. nolite flere ⌋ Ut habet̃
Luce. viij. p h ꝙ dicit. Nolite flere. docet
nos ꝙ mortuos noſtros nō debem⁹ ex-
ceſſiue deflere. preſertim cū fuerint boni
hoīes. q2 licet moriant̃ mundo. viuūt tñ
deo. ipos eni nō amittim⁹. ſʒ pmittimuſ
vt dicit aug̃. in veteri teſtamēto triſte fu-
it mori ⁊ terribile. q2 tunc oēs in infernū
deſcenderūt. Uñ Job. xvij. Infernus do
mus mea eſt ⁊ in tenebris ſtraui lectum
meū ⁊c. Uñ Iſid. li. xx. de ſūmo bono. Illi
plorādi ſūt ī morte q̊s miſeros infernus
recipit ex hac vita. nō q̊s celeſtis aula le
tificās īcludit ⁊c. ⌊ Nō ē eiʒ mortua puel
la. ſʒ dormit ⌋ ly. Hoc dixerat q2 poterat
eaʒ ita facilit̃ ſuſcitare a morte ſic hō pōt
aliū hoieʒ a ſomno excitare ⌊ ⁊ deridebāt
eū ⌋ Ecce deridet̃ dñs ieſus chriſtus. nec
iraſcit̃. nec arguit eos ⌊ ⁊ cū eiecta eēt tur-
ba ⌋ lamentantiū tumultuantiuʒ ⁊ deri-
dentiū. q2 ex q̊ erāt increduli ⁊ deriſores
chriſti nō erāt digni videre miraculum.
⌊ intrauit ⌋ .ſ. locū vbi puella iacebat cuʒ
patre ⁊ matre ei⁹ petro iacobo ⁊ iohāne
vt habet̃ Mar. v. Ad hoc vt eſſent teſteſ
miraculi ⌊ ⁊ tenuit manū ei⁹ ⁊ dixit ⌋ cla
mādo. vt habet̃ Mar. v. Tabithacumi
qd̊ interp̃tat̃ puella tibi dico ſurge. ſ. d le-

cto mortis ⌊ ⁊ cōfeſtim ſurrexit puella et
ambulabat ⁊ iuſſit illi dare māducare ⌋
⁊ h in ſignū vere reſurrectōnis. ⁊ ſtupue
runt parētes ei⁹. quib⁹ p̃cepit ne alicui
dicerēt. qd̊ factū erat vt habet̃ Luc. viij. ſ.
ad inſinuandū humilitatē ⌊ ⁊ exijt fama
h ⌋ .ſ. tante potētie ⌊ ī vniuerſā terrā illaʒ ⌋
Nota circa p̃ſens euāgeliū vbi dicit̃. Cō
fide filia fides tua ⁊c. Notanduʒ ꝙ fides
chriſtiana eſt firma ⁊ vera. Hoc primo
patet ex miraculoꝝ factōe. In nulla eniʒ
alia fide ſeu ſecta fiūt miracula niſi ī no-
ſtra fide. q̄ ab inicio mūdi fuit miraculis
ꝯfirmata. vt patet tpe ꝓphetaꝝ q̊ eā pro-
phetabāt ⁊ ꝯſcribebāt. Itē in nouo teſta
mēto tpe chriſti ⁊ tpe apoſtoloꝝ q̊ eā p̄di
cabāt ⁊ in cordib⁹ hoīm plantabāt. Si-
militer ⁊ ſancti q̊ poſt apl̃os p̄dicauerūt
fidē. ſic patet in legēdis ſanctoꝝ. Itē etiā
ſaraceni ꝯfitent̃ ꝙ machimet nullū mira
culū fecit. Scd̊o patet ex tyrannoꝝ perſe
cutōe. Omne eni regnū videt̃ eſſe ꝯſum-
ptum qñqʒ ab inimicis ꝓpter eoꝝ potē-
tiā. Exemplū de regno aſſirioꝝ ⁊ grecoꝝ
⁊ romanoꝝ ⁊ ſic de alijs. Fideles autē p-
pter fidē chriſti quā tenebant ⁊ defende-
bant marias ⁊ generales pſecutōes mlt̃
to tpe ab impatorib⁹ a regib⁹ a principi
bus a iudic. b⁹ ⁊ potentib⁹ mundi paſſi
ſūt. vt dicit beat⁹ aug̃. ⁊ nō potuerunt ip
ſam fidē chriſtianā extirpare. ſʒ q̊tidie cre
ſcebat ⁊ augmentabat̃. Itē notandū hic
ꝙ qñ homini infundit̃ fides. tunc etiā in
fundunt̃ oēs alie virtutes. ⁊ ideo oportʒ
vt hō agat ſecundū fidē ⁊ alias virtutes
q̄s recepit. Alias ī eo fides ⁊ virtutes eſ-
ſent fruſtra. ⁊ meli⁹ eſſet fideʒ nō habere
q̄ʒ eā malis opibus impugnare ⁊ nega-
re. Uñ apl̃s. Cōfitent̃ ſe noſſe deū. factis
aūt negāt. Ubi diligenter eſt notanduʒ
ꝙ mali chriſtiani peiores ſunt ſaracenis
quantū ad quattuor. Primo q2 ſarace-
ni chriſtū negant verbo. ſʒ iſti facto. Pe
ius eni eſt factū q̄ʒ verbū. Tales eni ſunt

ſimiles militibꝰ pylati q̄ genua flectebāt corā ieſu dicētes. Aue rex iudeoꝝ. ⁊ pcu‑tiebāt eū palmis. Tales etiā ſūt ſignifica‑ti p illā ficū habentē ſolū folia cui chriſtꝰ maledixit q̄ ſtatim aruit. Secūdo q2 ſa‑raceni ex ignorātia chriſtū negāt. Nō ei credūt ipm eſſe verꝝ deū ⁊ dn̄m ſuuz. Si ei ſcirēt multi eoꝝ ſaluarent̄ p bona opa q̄ faciūt. Chriſtiani aūt ſciūt ⁊ firmit̄ cre‑dunt ieſum chriſtū eſſe dn̄m ſuuz. ⁊ tn̄ ei negāt debitū obſequiū. qd̄ maiꝰ maluz videtur eſſe. Exemplū ſi duo hoīes nega‑rent debitū obſequiū regi ita q̄ vnꝰ dice‑ret. Dn̄e neſcio q̄ debeā vobiſ obſequiū hoc exhibere. ſi eni ſcirē libēter exhiberez. Alter vō diceret ſcio q̄ hoc obſequiū vo‑bis debeo ſʒ nolo vobis exhibere. Ma‑nifeſtū eſt q̄ magis offenderet regē. Ter‑tio q2 ſaraceni legē ſuā obſeruāt. tales āt nulliꝰ legis eſſe videntur. q2 nec ſaraceni nec chriſtiani ſūt. Et iō tales ſine lege pi‑būt. Quarto q2 tales vident̄ eſſe apoſta‑te a fide. q̄ztū ad rem fidei. Vident̄ etiā p‑iuri eoꝝ q̄ ī baptiſmo pmiſerūt. ſ. renūci‑are dyabolo ⁊ pōpis eiꝰ. Et iō malo chri‑ſtiano fides erit ei ad cumulū dānatōis eiꝰ. q2 grauiꝰ peccat chriſtianꝰ fornican‑do ⁊ alia q̄ phibent̄ ī lege ⁊ euāgelio trāſ‑grediēdo q̄z paganꝰ. Etiā plꝰ puniet̄ ⁊ p‑fundiꝰ damnat̄. Vn̄ de h̄ dicit̄ ī decretis. Fidelis malꝰ peior eſt infideli ⁊ q̄uiꝰ pec‑cat ⁊ pena q̄uior ſibi debet̄. j. q. j. Noui.

¶ Dominica. xxv. poſt octauas pentecoſtes.

In illo tempore. cum ſubleuaſſet oculos ieſus et vidiſ‑ſet q2 multitudo maxima venit ad eū ⁊c. De hoc euāgelio require ī medio quadrageſime. ſ. domīca letare Nā bis legitur hoc euāge‑lium in anno.

¶ In feſto dedicationis templi. Euangelium.

In illo tempore. In‑greſſus ieſus perambulabat hie‑richo. Et ecce vir noīe zacheꝰ. et hic erat princeps publicanoꝝ. et ipſe diues. et querebat videre ieſū quis eſſet et nō poterat pre turba. q2 ſtatura puſillus erat. et precurrēs aſcendit in arborez ſi‑comoꝛuz vt videret illuz. q2 inde erat tranſiturꝰ. Et cū veniſſet ad locū. ſuſpiciēs ieſus vidit illuz et dixit ad eū. zachee feſtinās deſcē‑de. q2 hodie in domo tua oportet me manere. et feſtinās deſcēdit. et excepit illū gaudēs. et cū vide‑rent oēs. murmurabāt dicenteſ q2 ad hoīem peccatorē diuertiſſʒ Stās autē zacheꝰ. dixit ad domi‑num. Ecce dimidiū bonorū meo‑ruʒ domīe do pauperibꝰ. et ſi qd aliquē d̄fraudaui. reddo quadru‑plū. Ait ieſus ad euz. q2 hodie ſa‑lus huic domui facta eſt eo q2 et ipſe ſit filiꝰ abrae. Venit eni filiꝰ hominis querere et ſaluum facere qd̄ perierat. ¶ Poſtilla.

Ingreſſus ieſus perā‑bulabat ⁊c. Luc. xix. Hiſtoria huiꝰ euāge‑lij facta eſt anno chriſti. xxxiij. xvj. kl'. apl'. luna. vij. indictōe. vj. An̄ initiū illiꝰ euāge‑lij ſcribit ſanctꝰ Luc. in p̄cedēti ca. q̄ qdā adoleſcēs interrogauit ieſū dicēs. Ma‑giſter qd faciēdo vitā eternā poſſidebo. Dixit aūt ei ieſus. Si vis ad vitaʒ ingre‑di ſerua mandata. Qui ait. h̄ oīa cuſto‑diui a iuuētute mea. qd adhuc michi de‑eſt. ait illi ieſus. Si vis pfectꝰ eſſe vade ⁊ vēde oīa q̄ habes ⁊ da paupibus. ⁊ habe‑bis thezaurꝝ in celo ⁊ veni ſeq̄re me. His ille auditis ꝯtriſtatꝰ ē. q2 diues erat val‑de. Vidēs illū ieſꝰ triſtē factū dixit. q̄z diſ‑ficile q̄ pecunias habēt ī regnū dei intra‑

bũt.Ly.difficile dicit ⁊ ñ ĩpoſſibile.qꝛ dif⸗
ficile ẽ diuitias poſſidere ⁊ ñ teneri nimiſ
amore eaꝝ.Facili⁹ eſt camelũ ꝑ foramen
ac⁹ trãſire q̃z diuitẽ ĩtrare ĩ regnũ dei.ly.
ħ nõ intelligiť de q̃libet diuite.ſ; ď diuite
ↄſtituẽte finẽ ĩ diuitijs ⁊ totã ↄfidentiaꝫ
ſuã.ergo mar.x.dꝛ.Q̃z difficile ↄfidẽtes ĩ
pecunijs intrabũt ĩ regnũ.Ly.poſſeſſio
diuitiaꝝ reddit hoĩeꝫ difficilẽ ad ꝑfectõꝫ
acq̇rẽdã.nõ tñ facit ĩpoſſibilẽ.Qꝛ abraã
fuit diues valde ⁊ tñ fuit ꝑfect⁹.vt habeť
Geñ.xvij.Et iõ dꝛ eccli.xxxj.Beat⁹ vir di
ues q̇ inuẽt⁹ ẽ ſine macula.Et ſequiť.Et
q̇s ẽ ħ ⁊ laudabimus eũ.q.d.vix ⁊ cũ diffi
cultate inueniť.⁊ auditis his.diſcipli mi
rabanť valde.d.Quiſ ergo poterit ſalu⁹
fieri.ait ill'.quecũq̇z ĩpoſſibilia ſũt apud
hoĩes poſſibilia ſũt apud deũ.qꝛ ſic dicit
Bed.De⁹ pt a cupiditate terrenoꝝ con⸗
uertere ad cupiditatẽ eternoꝝ.vt pꝫ ſap.
xiij.Potẽs es dñe ex oĩb⁹ ſaluare.Vñ q̇
illud qđ ſupeſt pauꝑib⁹ tribuũt.⁊ eos ſi
bi amicos ↄſtituũt.regnũ celoꝝ intrare
pñt.vt pꝫ Luc.xvj.Facite vobis amicos
de mãmona iniq̇tatis.vt cuꝫ defeceritis
recipiãt vos ĩ etna tabñacula.Siľr q̇ di
uitijs ſuis opa mĩe exercẽt.ſ.cibãdo eſuri
entẽ.potãdo ſitientẽ.hoſpitãdo ꝑegrinũ
veſtiẽdo nudũ.⁊ ſic de alijſ.Vñ mat.xxv
Eſuriui ⁊ dediſtis michi manducare ⁊c̃.
Venite bñdicti patris mei poſſidete re⸗
gnũ vobis ꝑatũ a ↄſtitutõe mũdi.Tũc
poſtmodũ ſequiť euangeliũ hodiernũ.
⌊Ingreſſus ieſ⁹ ꝑambulabat hiericho⌋
q̃ ciuitas diſtat ad vnã dietã a hieruſalẽ
⌊⁊ ecce vir noĩe zacheuſ⌋Goꝛ.noĩať exp̃ſ
ſe tanq̃z dign⁹ noĩe.⁊ qꝛ ĩ libro vite erat
ſcriptũ nomẽ ei⁹⌊⁊ ħ erat p̃nceps publi
canoꝝ⌋ly.nõ tantũ publican⁹.ſ; p̃ncepſ
publicanoꝝ.In q̊ appet maioꝛ mĩa dei ĩ
ei⁹ vocatõe vt vbi abũdat delictũ ſuper⸗
abundaret ⁊ grã⌊⁊ ip̃e diues⌋ly.qꝛ aua
rus fuit ĩ acq̇rẽdo⌊⁊ q̃rebat⌋.i.deſidera⸗
bat⌊videre ieſũ q̇s eſſet⌋in ꝑſona ⁊ ħ ex

deuotõe⌊⁊ ñ poterat p̃ turba⌋ly.ex q̊ pa
tet deuotio ꝑpli ad chriſtũ⌊qꝛ ſtatura pu
ſill⁹ erat⌋.ſ.in ꝑſona coꝛpis⌊⁊ ꝑcurrẽs⌋
.i.p̃ alijſ currẽs⌊aſcẽdit ĩ arboꝛẽ ſicomo⸗
rũ⌋Goꝛ.vt qđ natura min⁹ habeꝫ aſcẽ⸗
ſu arboꝛis ſuꝑpleret.Sicomoꝛ⁹ ẽ arboꝛ
moꝛo ſilis ĩ folijs.ſ; altitudie p̃ſtãs.⁊ inẽ
p̃tatĩ fic⁹ fatua.⁊ ſignificat crucẽ chriſti.q̇
gẽtib⁹ ſtulticia ẽ.iudeis v͛o ſcãdalũ.chri
ſtianis ãt dl'cedo ⁊ honoꝛⁿ⌊vt videꝛ illũ
qꝛ iñ erat trãſitur⁹⌋.ſ.ex illa ꝑte q̃ erat ſi⸗
comoꝛ⁹.Queriť q̇d mouit eũ ad ħ vt ſic
deſiderabat videre ieſũ.Rñdeť ſm aug̃.
qꝛ ip̃e audit⁹.Audiuit eñi famã vndiq̇z
circũuolãtẽ de ieſu ꝙ ſolo v͛bo infirmos
curaret.ergo deſiderabat ip̃m videre⌊et
cũ veniſſet⌋.ſ.ieſ⁹ ad locũ⌊vidit illũ⌋nõ
tãtũ viſu coꝛpis.ſ; etiã reſpectu pietatis
⁊ mĩe⌊⁊ dixit ad illũ⌋tãq̃z iã dignũ diui⸗
no eloq̇o⌊zachee feſtinãs deſcende⌋vo⸗
cat eũ ex noĩe ad ↄñſionẽ ſue ĩfinite ſapie
ñ q̇ ⁊ nos oẽs nouit ⁊ noĩat.vñ in p̃s.cxlvj.
Qui numerat mľtitudinẽ ſtellaꝝ ⁊ oĩb⁹
eis noĩa vocat⌊qꝛ hodie ĩ domo tua oꝫ
me manere⌋Ly.ĩ domo materiali ꝓpter
refectõeꝫ chriſti ⁊ diſcipuloꝝ ſuoꝝ ⁊ ĩ do
mo ſpũali ↄſciẽtie ꝑ grẽ ĩfuſionẽ⌊at ille⌋
.ſ.zache⁹⌊feſtinãs⌋Goꝛ.ñ ꝓcraſtinãs ñ
ſe excuſans⌊deſcẽdit⌋nõ tãtũ deſcẽſu lo⸗
cali.ſ; ⁊ mẽtali ꝑ hũilitatẽ⌊⁊ excepit illũ⌋
.ſ.chriſtũ⌊gaudẽs⌋.ſ.ď tanti hoſpitis ad
uentu⌊⁊ cũ viderẽt oẽs⌋.i.phariſei ⁊ alij
malignãtes.ſ.ꝙ ĩtrauit domũ publicani
⌊murmurabãt dicẽtes ꝙ ad hoĩeꝫ pctõ
rẽ diuertiſſet⌋ly.⁊ ħ irrõabiliť fecerũt.qꝛ
null⁹ rõabiliť pt murmurare ſi medicuſ
viſitꝫ egrotũ ad ip̃ꝫ ſanãdũ.Inſup ſleiu
dicauerũt de zacheo.qꝛ iã pctõꝛ ñ erat.ſ;
v͛e penitẽs⌊ſtãſ ãt zache⁹ dixit ad dñm⌋
q̃ſi pat⁹ ei obedire⌊ecce dimidiũ bonoꝝ
meoꝝ do.do pauꝑib⁹⌋ñ dic̃ dabo ĩ futo
.ſ.p⁹ mortẽ meã.ſ; do ĩ p̃ñti.qꝛ vn⁹ dena
ri⁹ ĩ vita pl⁹ vꝫ q̃z mille p⁹ mortẽ.⌊⁊ ſi q̇d
aliquẽ d͛fraudaui.reddo q̃dꝛuplũ⌋g° in

quantūcunq; modico In hāūt ꝙ ponit
ſub dubitatōe dicēs. Si qd aliquem de
fraudaui. oñdit ſe nō multū ꝺfraudaſſe.
reddo. nō dicit reddā. q: tenet hō ſtatim
reſtituere res iniuſtas iuxta omne poſſe
ſuū. Vñ aug. Nō dimittit peccatū niſi
ablatū reſtituatur. quadruplū. ꝯtinā vſu-
rarij ⁊ raptores ⁊c. redderent ſimplū. ait
autē ieſus. q: hodie huic domui ſalus a
deo facta eſt. Gor. i. toti familie. Et ſpe-
cialiter ꝯſcientie zachei q̄ facta eſt domꝰ
dei ꝑ gratiā inhabitātis. ⁊ ꝙ ipē ſit filiuſ
abrae. Vñ Beda. zacheꝰ filiꝰ abrae dr.
Nō q: de ſtirpe eiꝰ genitꝰ. ſ; q: eſt fidez
eiꝰ imitatꝰ. ⁊ ſicut ille terrā domūq; pa-
ternā deſeruit. Ita iſte zacheꝰ dimidiā
partē bonoꝝ ſuoꝝ paupibus diſtribuit.
ex his videt ꝙ nō fuit iudeꝰ. ſ; paganus
q: oēs iudei de ſtirpe abrae deſcenderūt
⁊ idē videt dicere Ambroſiꝰ. venit eni fi
lius hoīs. Gor. de celo in mundū ꝑ hu-
manitatis aſſumptōez. q̄rere. ꝑ doctri-
nā ſuā. ⁊ ſaluū facere. ꝑ gratiā. qd peri
erat. ꝑ culpam.

Euāgelioꝝ dominicaliū poſtil
la per circulū anni finit feliciter

Incipit poſtilla ſuper euange
lijs de ſanctis.

In feſto ſancti andree apoſtoli
Euāgeliū ſcd̄m mat. iiij.

In illo tempore. Am
bulans ieſus iuxta mare galilee
vidit duos fratres. Simonē qui
vocatur petrꝰ. et andreā fratrem
eiꝰ mittētes rethe in mare. erant
eni piſcatores et ait illis. Venite
poſt me et faciā vos fieri piſcato
res hoīm. at illi continuo relictis
rethibꝰ ſecuti ſūt eū. et ꝓcedens
inde. vidit duos alios frēs Jaco
bū zebedei et Johannē frēm eiꝰ
i naui cū zebedeo. patre eoꝝ; re
ficiētes rethia ſua. et vocauit eoſ
Illi aūt ſtati relictis rethibus et
patre ſecuti ſūt eū. Poſtilla

Ambulans ieſꝰ
iuxta mare ⁊c. Matthei. iiij.
mar. i. Luc. v. Hiſtoria huiꝰ
euāgelij facta ē anno chriſti. xxxi. vi. idus
iunij. dñica. luna. iij. inditōe. iiij. Vñ initi
um illiꝰ euāgelij ſcribit ſanctꝰ mat. i eod
cap. ꝙ poſtq̄; chriſtꝰ ieiunauit. xl. diebuſ
⁊. xl. noctibꝰ in deſto Tūc poſtmodū ve
nit ⁊ habitauit i capharnaū ⁊ i finibꝰ za-
bulon ⁊ neptalim. ⁊ cepit ꝑdicare ⁊ dice-
re. penitētiā agite. appꝑinq̄bit eī; regnū
celoꝝ. ambulās ieſꝰ iuxta mare galilee.
Ly. mare illud ē quidā lacꝰ habēs centū
ſtadia lōgitudiniſ. ⁊. xl. latitudiniſ ꝑ quē
trāſit iordanis fluuiꝰ. vt dicit Hiero. dr
aūt mare ſm modū loquendi hebraicū.
i q̄ mag̃ cōgregatio aq̄ꝝ vocat mare. ſm
illō Geñ. j. Congregatōes aquaꝝ appel-
lauit maria. vocat etiā aliqñ ſtagnū ge
nezareth. vt pat; Luc. v. dr etiā mare gali
lee. q: ē i regione illa. Et etiā dr aliqñ ma
re tyberiadiſ a ciuitate tyberia ſita ſuper
ipm mare. vidit duos frēs. Gor. nō tā-
tū corpaliter. ſ; etiā ſpūaliter. Vñ Cryſo.
ad corda plus q̄; ad facies reſpiciens. ſi
monē q̄ vocat petrꝰ ⁊. andreā fratrē eiꝰ
mittētes rethe i mare. gor. ad piſcandū;
⁊ q̄rendū victū. erāt eni piſcatores. Vñ
Cryſo. piſcatores illitterati mittunt ad ꝑ
dicandū. Ne fides credentiū nō i vtute
dei. ſ; in eloquētia ſiue in doctrina hoīm
putaret. at illi ꝯtinuo relictis rethibꝰ ſe
cuti ſūt eū. Vñ chryſo. In h̄ docuerūt
nos apli ꝙ nemo pt terrena poſſidere. et
ꝑfecte ad celeſtia ꝑperare. Aer inter celū
⁊ terrā cōſtitutꝰ oñdit ꝙ inter celeſtia et
terrena nulla pt eſſe ꝯiunctio. celeſtia q:
ſpiritualia ⁊ leuia ſūt ſurſū ducunt. terre
na. q: ponderoſa ⁊ grauia deorſū depo
nunt. Ly. Sciendū ꝙ iſti apli legunt ter

vocati a chriſto. Prima vocatō fuit im
mediate poſt baptiſmū chriſti. vt habet
Ioh. j. qn̄ duo diſcipuli Iohis baptiſte
audierunt ipm̄ dicentē de chriſto. Ecce
agnꝰ dei. ecce q̄ tollit peccata mūdi. ⁊ ibi
dē dicit̄ ꝙ andreas frater ſimonis petri.
erat vnꝰ ex duobꝰ q̄ ſecuti fuerant ieſū. ⁊
ibi dr̄. q̄uō andreas adduxit fratrē ſuū ſi-
monē ad ieſū. Secūda vocatio fuit i ca-
ptura piſciū. quā deſcribit Lu. v. ca. d. ꝙ
chriſtꝰ ꝓpter turbas irruētes aſcēdit in
nauim petri ad p̄dicandū ꝑlō. Et finita
p̄dicatōe iuſſit relaxari rethe in capturā
piſciū. ⁊ viſa multitudīe piſciū captoꝝ
Sciēs petrꝰ ꝙ nō poterat eſſe v̄tute hu-
mana ꝓcidit ad genua ieſu dicēs. Exi a
me dn̄e. qꝛ hō peccatoꝛ ſū. ſ; ille due voca
tiones nō fuerūt ꝓprie ad aplatū. ſ; ad
quandā familiaritatē. Tertia vocatō fu
it iſta de q̄ fit mentio in euāgelio hodier-
no. Qn̄ relictis rethibꝰ ⁊ naui ſecuti ſūt
ieſū. amplꝰ ad p̄dicta negocia n̄ reuer
ſuri. ſ; intendentes doctrine chriſti. ergo
dixit eis [ faciā vos fieri piſcatores hoī; ]
[ ⁊ ꝓcedēs inde ] goꝛ. i. a loco illo ad aliū.
[ vidit duos alios fratres Iacobū; zebe
dei ⁊ Iohannē fratrē eiꝰ in naui cū zebe-
deo patre eoꝝ. reficiētes rethia ſua. ] Vn̄
chryſo. i. Reparantes q̄d maxime ē paup-
tatis indicium. vetera repabāt. qꝛ noua
vn̄ emerēt nō habebāt [ ⁊ vocauit eos ]
Goꝛ. duos vocat ⁊ deſtinat. vt pꝫ Lu. x.
Prio ꝓpt̄ duos ꝑlōs ꝯuertēdos. ſ. iude
oꝝ ⁊ gentiliū. Scd̄o ꝓpter duplicē ſalu
tē. ſ. corpis ⁊ aīe. Tertō ꝓpter teſtimonij
veritatē. vt patet Deut. xix. In oꝛe duoꝝ
ſtat omne teſtimoniū [ illi aūt ſtatim re
lictis rethibꝰ ⁊ patre ſecuti ſūt eū ] ſ; q̄rit̄
hic q̄uō iſti apli relictis oībꝰ ſecuti ſunt
eū. Dicendū ſcđm ly. ꝙ in chriſto erat vir-
tus diuinitatis. ⁊ iō ſicut poterat exteriꝰ
vocare ꝑ vocē. ita potuit interiꝰ attrahe
re ꝑ volūtate ſua ꝑ inſpiratōe;. Itē notā
dū ꝙ chriſtꝰ ſimplices piſcatores potiuſ
ꝯſtituit aplos ⁊ p̄dicatores euāgelij q̄;
litteratos vt filij euāgelij magis attribu
erent ſapiētie diuine q̄; humane.

## In die ſancti Nicolai.

In illo tempoꝛe dixit
ieſus diſcipulis ſuiſ. Sint lumbi
veſtri precincti et lucerne arden
tes i manibꝰ veſtris ⁊c. Hoc euā
geliū quere infra in cōmuni ſan
ctoꝛum.

## In feſto ſancti thome apli.

In illo tempoꝛe. tho
mas vnꝰ ex duodecim q̄ dicit̄ didimus
nō erat cū eis qn̄ venit ieſus ⁊c. hoc euā-
geliū cū ſua poſtilla q̄re ante in domica
octaua paſce.

## In die ſancti ſtephani protho martiris. Euā. ſcđm. mat. xxiij.

In illo tempoꝛe dixit
ieſus turbis iudeoꝝ et principi
bus ſacerdotu; . Ecce ego mitto
ad vos ꝓphetas et ſapientes et
ſcribaſ. et ex illis occidetiſ et cru
cifigetis et ex eiſ flagellabitis i ſi
nagogis vris. et ꝑſeq̄mi d̄ ciuita
te i ciuitatē. vt veniat ſuꝑ voſ oīs
ſanguis iuſtꝰ. qui effuſus ē ſuper
terra;. a ſanguine abel iuſti vſq;
ad ſanguinem zacharie filij bara
chie. quem occidiſtis inter tem
plum et altare Amen dico vobiſ
venient hec omnia ſuper gene
rationem iſtam. Hieruſalem hie
ruſalem. que occidis prophetas
et lapidas eos qui ad te miſſi ſūt
Quotiēs volui ꝯgregare filioſ tu
os quēadmodū ꝯgregat gallina
pullos ſuos ſub alas et noluiſti.
Ecce relinquetur vobis domꝰ vrā

deſerta. dico enī vobis. Non me
videbitis amodo donec dicatis.
Benedictꝰ qui venit ī noīe domi
ni.

Poſtilla.

DIcebat ieſus
turbis iudeoꝝ Mat. xxiij.
Luc. xj. Hiſtoria huiꝰ euan
gelij fc̄ta ē ānō chriſti. xxxiij
xj. kl̄. apl̄. feria. iij. luna. xij. inditōe. vj. An
initiū illiꝰ euāgelij ſcribit ſāctꝰ matthēꝰ
ī eodē cap. q̄ chriſtꝰ maledixit ſcribis et
phariſeis dicēs. Ue vobis ſcribe ⁊ phari
ſei ⁊ hypocrite q̄ clauditis regnū celorū
añ hoīes. vos enī nō ītratis nec ītroeun-
tes ſinitis ītrare. Ue vobis ſcribe ⁊ pha-
riſei ⁊ hypocrite q̄ decimatis mentam ⁊
anetū et ciminū. ⁊ reliqſtis q̄ grauiora ſūt
legis. iudiciū miām ⁊ fidez. Hec oportu-
it facere ⁊ illa non omittere Duces ceci
excolātes culicē. Camelū aūt glutientes
Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei ⁊ hypocrite.
q̄ ſīles eſtis ſepulcris dealbatis q̄ a foris
apparēt hoībꝰ ſpecioſa. Interiꝰ vō ſunt
plena oſſibꝰ mortuoꝝ ⁊ oī ſpurcicia Sic
⁊ vos a foris q̄dē paretis hoībꝰ iuſti In
tus aūt eſtis pleni hypocriſi ⁊ iniq̄tate.
Tūc poſtmodū ſequit̄ euāgeliū hodier-
nū ⌊ Dicebat aūt ieſꝰ turbis iudeoꝝ ⁊ p̄n
cipibus ſacerdotum. Ecce ego mitto ad
vos ⌋ gor. inſtruēdos ⁊ reuocandos ad
me ⌊ pphetas ⁊ ſapiētes ⁊ ſcribas ⌋ ly. q̄
in diſcipulis chriſti mlt̄i habuerūt ſpūm
ppheticū. ſic̄ Johēs euāgeliſta. vt patet in
Apoc̄. Aliq̄ etiā fuerūt ſcribe. ſic̄ q̄ttuor
euāgeliſte q̄ ſcripſerūt vb̄a ⁊ facta chriſti
⁊ etiā apl̄i q̄ ſcripſerunt epl̄as ad inſtru-
ctionē ppl̄i chriſtiani Fuerūt etiā ſapiētes
q̄ de diuīs ⁊ celeſtibꝰ a deo illumiāti ⌊ et
ex eis occidetis ⌋ q̄ iacobꝰ frater iohan
nis ab eis ē occiſꝰ. vt patz Act. x. ⁊ ſanctꝰ
ſtephanꝰ lapidatꝰ. vt ptz Act. viij. ⁊ mul
ti alij ⌊ ⁊ crucifigetis ⌋ vt petꝝ ⁊ andream
fratrē eiꝰ. ⁊ philippū aplm ⁊ mltos alios
⌊ ⁊ ex eis flagellabitis ī ſinagogis vr̄is ⌋
H̄ patet ī actibꝰ apl̄oꝝ. vbi dr̄ q̄ oēs apl̄i
fuerūt ſimul flagellati a iudeis. ⁊ phibiti
ne p̄dicarēt ī noīe ieſu Act. iiij. ⁊ petrꝰ re
ſpōdit. d. Oportet deo plꝰ obedire q̄z ho
minibꝰ ⌊ ⁊ pſeq̄mini de ciuitate in ciuita
tē ⌋ In ſignū huiꝰ chriſtꝰ diſcipulis ſuis
dixit Joh. xv. Si me pſecuti ſūt ⁊ vos p
ſequent̄. nō eſt ſeruꝰ maior dn̄o ſuo. Itē
chriſtꝰ dixit diſcipulis ſuis mat. x. Cū vos
perſecuti fuerint in vna ciuitate fugite ī
aliam ⌊ vt veniat ſuper vos ⌋ i. generatō
nem iſtaz ⌊ omnis ſanguis iuſtus ⌋ i. de
bita vltio p effuſione ſanguinis iuſtorū
⌊ qui effuſus eſt ſuper terraz a ſanguine
abel iuſti ⌋ quē frater ſuus cayn occidit.
ideo q̄ deꝰ reſpexit ad abel ⁊ ad mune-
ra eiꝰ. ſed ad cayn ⁊ munera eiꝰ nō reſpe
xit ⌊ vſq̄z ad ſanguinē zacharie filij bara
chie quē occidiſtis ⌋ propterea q̄ argue
bat ex iuſſu ⁊ inſpiratōe dei regem iſrael
cū populo ſuo. vt habetur. ij. palip̄. xxiiij.
Spiritus dn̄i induit zachariā filium io
iade ſacerdotis ⁊ ſtetit in ꝯſpectu popu
li dicens. Quare tranſgredimini prece-
ptum dn̄i. ⁊ ꝯgregati aduerſus eum. mi
ſerūt lapides iuxta preceptū regis ⁊ ipm̄
occiderūt ⌊ inter templū ⁊ altare ⌋ ſ. holo
cauſtoꝝ q̄d erat extra templū. i. in atrio
tēpli. Notādū ſm̄ ly. q̄ abel fuit ſimplex
hō paſtor ouiū ⁊ illitteratꝰ. zacharias fu
it litteratꝰ ⁊ legiſperitꝰ. Per hos et duos
intelligunt̄ oēs iuſti ab eis occiſi. ⁊ ē ſen
ſus. Ut veniat ſup vos oīs ſāguis iuſtꝰ
qui effuſus eſt ī ſanguine abel iuſti vſq̄z
ad ſanguinē zacharie filij barachie. i. ſan
guine iuſti minimi vſq̄z ad ſāguinez ma
ximi iuſti ⌊ Amen ⌋ ly. i. fideliter ⌊ dico vo
bis venient h̄ oīa ſup generatōez iſtā ⌋ i. dē
ſup ppl̄m iudaicū. q̄ pro criminibꝰ iſtis
punitꝰ eſt multiplicīter diuerſis tp̄ibus
⌊ hieruſalē hieruſalē ⌋ Hic ponit̄ ꝯtinens
p ꝯtento. q̄ frequenter dicit̄ ciuitas hoc
facere q̄d populus in ea habitans facit.

[q̄ occidis pphas ] Ly.i.ꝯsueuisti occi-
dere[ ⁊ lapidas eos q̄ ad te missi sunt ].i.
ad instructõ3 tuā.sic patz ī antiq̄s pphe
tis[ q̄tiēs volui ꝯgregare ] Ly.sub cultu
vni⁹ dei p fidē ⁊ charitatē3[ filios tuos ]
.i.iudeos[ quēadmodū ꝯgregat gallina
pullos suos sub alas ] Ponit hic exem-
plū de gallina ad ostēdendū affectū suū
ad p̄plm suū. Inter alias aues gallina vi
det magis affici ad ꝯseruatõe3 ⁊ nutriti-
onē pulloꝝ. Vn̄ amb. Hec auis tā ma-
gnū affectū habet ad pullos vt eoꝝ infir-
mitate affecta infirmet̄.et eos alis suis
ptegens.ꝯtra miluū pugnȝ[ ⁊ noluisti ]
Ly.q2 pphetas ad eos missos cōtempse
rūt.⁊ postea sanctū Johannē baptistā.⁊
vltimo dn̄m nostrū iesū christū cū disci-
pulis suis ꝯtempserūt.ppter qd̄ subdit̄
hic pena[ ecce relinquet̄ domus vestra ]
Hoꝝ.i.templū ⁊ ciuitas[ deserta ].s.ppter
destructõe3 ciuitatis ⁊ tēpli q̄ facta est p
titū ⁊ vespasianū in vindictam mortis
christi ⁊ suoꝝ pphetarū ⁊ etiā aplõꝝ[ di
co enim vobis nō me videbitis amō ] ly.
.i.a tpe passionis christi q̄ de proximo imi-
nebat futura qn̄ christus dixit illa verba.
[ donec dicatis.bn̄dict⁹ q̄ venit ī noīe do
mini ] ly.h erit qn̄ christ⁹ veniet ad iudi-
ciū. Tūc eni iudei q̄ in fine mūdi creditu
ri sūt in christū qn̄ cognoscēt se ab anti-
christo esse deceptos. Tūc tpis laudabūt
⁊ ꝯfitebunt̄ christū.

In die sancti iohānis euāgeli
ste. Euāgeliū scđm Johānē.xxi.

In illo tempore dixit
iesus petro. Sequere me. conuer
sus petr⁹ vidit illū discipulū quē
diligebat iesus sequentē. qui et re
cubuit in cena super pect⁹ ei⁹. et
dixit. domine quis est qui tradet
te. Hūc ergo cū vidisset petr⁹. di
cit iesu. Domine. hic autē3 quid.
Dicit ei iesus. Sic eū volo mane
re donec veniam. Quid ad te. tu
me sequere. Exiuit ergo sermo
iste inter fratres. q2 discipul⁹ ille
nō moritur. et nō dixit iesus nō
moritur. s3 sic eum volo manere
donec veniā. quid ad te. Hic ē di
scipul⁹ ille qui testimoniū phibȝ
de his. et scripsit hec. et scim⁹ q2
verū ē testimoniū ei⁹. Postilla

Dixit ies⁹ petro
seq̄re me ⁊c. Joh.xxi. Historia
hui⁹ euāgelij facta ē āno chri
sti.xxxiij.nonas apl'.feria.iij.luna.xxvi.in
dictõe.vi. Añ initiū illi⁹ euāge.scribit san
ct⁹ Johānes in eodē ca.q̄ christ⁹ post re
surrectõe3 suā dixit petro. Amē amē di-
co tibi.cū3 esses iunior cingebas te.⁊ am
bulabas q̄ volebas. Cū aūt senueris ex-
tendes man⁹ tuas ⁊ ali⁹ te cinget ⁊ du-
cet q̄ tu nō vis. h aūt dixit significans q̄
morte clarificat⁹ eēt deū. ⁊ h cū dixiss3 di
cit ei[ seq̄re me ] tho.s.ad passionē volun
tarie.q.d. Nō timeas mori p me. q2 ego
pri⁹ p te mortu⁹ sū[ ꝯuersus petr⁹ vidit
illū discipulū quē diligebat ies⁹ seq̄ntē ]
ly.q2 cepat ire post christū.sic ⁊ petr⁹[ q̄
⁊ recubuit ī cena sup pect⁹ eius ⁊ dixit ]
.i.suadēte petro silēter īterrogauit[ dn̄e
q̄s est q̄ te tradet. hūc cū vidisset petr⁹ di
xit. Dn̄e. hic aūt q̄d ] diligebat aūt petr⁹
Johannē speciali dilectõne. Et cū intelle
xisset ex v̄bis christi. qn̄ dixit ei. Sequere
me.s.in eodē genere mortis.q eēt p chri-
sto crucifigendus. solicitat̄ ⁊ q̄rit de fine
Johānis dicens. hic aūt q̄d.s.sustinebit.
nūq̄d occidet̄. nūq̄d crucifiget̄ sic et ego.
Ly.q.d. Bonū esset vt iste adiūgeret̄ mi-
chi soci⁹[ dicit ei iesus. sic eū volo mane-
re ] tho.i.ad seniū venire[ donec veniā ]
Ly.ad vocandū eū ad gloria3 celeste3 de
statu hui⁹ mūdi. Habet̄ eni in legēda sā
cti iohannis q christ⁹ apparuit ei circa fi
nē vite sue vocās eū ad gloriā.[ quid ad

te ] ly. q₂ ad petrū nō ꝑtinebat ſcire qđ deꝰ
ordinabat de Johāne ī futurū. Sic dictū
eſt aplis Act. j. Nō eſt veſtrū noſſe tpa vł
momēta. q̄ pater poſuit in ſua ꝑtāte. Sʒ
tantū ꝑtinebat ad ipm verbo chriſti ꝑm
pte ⁊ humiliter obedire. ideo ſubdit [ tu
me ſeq̄re ]. q. d. ſm aug. Nolo eū ſeq̄ me
ꝑ crucē ⁊ paſſionē. ſic tu me ſeq̄ris. ſʒ ma
nere ī carne donec veniā recepturꝰ eū in
eternā beatitudinē [ exijt ergo ſermo iſte
inter frēs ] Ly. i. aplōs q̄ erāt vniti in cha
ritate fraterna [ ꝙ diſcipulꝰ ille ñ morit̄ ]
Tho. putauerūt ꝙ dñs dixerit eū ſic de
bere manere. i. ſemꝑ viuere ⁊ nō eſſe mo
riturū donec veniret chriſtꝰ ad iudiciū
Vñ ꝙ nō eſſet ſic intelligendū Ipſe Iohā
nes ꝯſequēter declarat cū dicit [ ⁊ ñ dixit
ieſus q₂ nō morit̄ ] ly. q₂ ſm veritatē mor
tuus eſt ꝑ ſeparationē anime a corꝑe. q₂ q̄
libet hō debitor eſt mortis ex primorū pa
rentū trāſgreſſione. ſm qđ dicit̄ ad heb.
ix. Statutū eſt oībꝰ hoībus ſemel mori
[ ſed ſic eū volo manere ] Ly. hoc eſt non
per martiriū me ſeq̄. tñ q₂ in eo fuit ꝓm
ꝓtitudo ad tolerandū martiriū qñ fuit
ꝓiectus in feruētis olei doleū. Ideo illđ
ꝓ martirio ab ecclīa colit̄. q₂ ſm qđ dicit
beatꝰ aug. Nō eſt impar meritū patien
tie in Johāne q̄ paſſus nō eſt ⁊ ī petro q̄
paſſionē ſuſtinuit [ donec veniā ] ly. aſſu
mens animā eiꝰ a corꝑe abſq₃ tñ angu
ſtia ⁊ dolore. q₂ Johānes dolorē mortis
nō ſenſit ex ſpēali ꝑuilegio in ſignū inte
gritatis virginalis [ hic ē diſcipulꝰ ille ]
Ly. ſ. Johānes [ q̄ teſtioniū ꝑhibet đ hiſ ]
ſcʒ q̄ vidit ⁊ audiuit [ ⁊ ſcripſit h̄ ] ly. mo
dꝰ eñi antiquorū fuit. ꝙ illi ſcribebant hi
ſtoriā q̄ vidiſſent. ⁊ ideo đr hiſtoria ab hi
ſtorin qđ eſt videre. ⁊ ideo Johannes q̄
vidit ⁊ audiuit. ſ. verba ⁊ facta chriſti cō
uenientiſſime potuit ſcribere [ ⁊ ſcimus q₂
verū eſt teſtimoniū eius ] Tho. cui vtiq₃
credendū eſt.

¶ In die innocentuʒ. Euā. ſcđm

Mattheū. ij.

In illo tempore. An
gelꝰ domini apparuit ī ſomnis
ioſeph dicēs Surge et accipe pu
erū et matrē eiꝰ. et fuge ī egiptuʒ
et eſto ibi vſq₃ dū dicā tibi. futu
rū eſt eñi vt herodes querat pue
rū ad perdendū eū. Qui conſur
gens accepit puerū et matrē eiꝰ
nocte et ſeceſſit ī egiptū. Et erat
ibi vſq₃ ad obitū herodis vt adi
pleretur qđ dictū eſt a domino ꝑ
ꝓphetam dicentē. Ex egipto vo
caui filiū meum. tūc herodes vi
dens quoniā illuſus eſſet a ma
gis iratus eſt valde. Et mittens
occidit oēſ pueroſ qui erāt ī beth
leem. et in oībus finibus eius a
bimatu et infra ſcđm tempuſ qđ
exquiſierat a magis. tūc adimple
tum eſt qđ dictū eſt per hieremi
am ꝓphetam dicentē. Vox in ra
ma audita eſt ploratꝰ et vlulatus
multus. Rachel plorās filios ſu
os. et noluit cōſolari q₂ nō ſunt.

¶ Poſtilla.

Ecce angelꝰ do
mini apparuit ⁊c. Matth. ij.
Hiſtoria huius euāgelij fa
cta eſt anno chriſti. j. vſuali. ꝓ die nonas
februarij. ſabbato. luna. xiij. inditōne. iiij.
Añ initiū illiꝰ euāgelij ſcribit ſanctꝰ mat
theuſ in eodē capitulo ꝙ tres magi acce
pto reſpōſo in ſomnis ne redirēt ad he
rodē ꝑ aliā viā reuerſi ſūt in regionē ſuā
q̄ cū receſſiſſent [ ecce angelꝰ dñi apparu
it ioſeph in ſomnis dicēs. Surge ⁊ acci
pe puerū ⁊ matrē eius. ⁊ fuge in egiptū ⁊
eſto ibi vſq₃ dū dicā tibi. futurū eñi eſt vt
herodes q̄rat puerū ad perdendū eū ] ly.
Deꝰ ꝓuidēs ꝑſecutōeʒ herodis ꝑ ange
lum ammonuit ioſeph vt puerū ī egiptū

poꝛtaret. Ad cui⁹ intellectū notandū q̈
herodes credidit ꝑmo magos fuiſſe de
luſos ex apparitōe ſtelle fantaſtice. Et iō
tūc nō curauit de pueri inq̄ſitōe. Sꝫ po
ſtea oblato puero in templo in die puri
ficatōis. ⁊ a ſimeone iuſto p̄dicato ⁊ ma
nifeſtato ⁊ etiā ab anna ꝓphetiſſa coꝛā
toto ꝑplo. vt patet Luce. ij. Tūc fama pu
eri nati creſcēte voluit herodes ipm̄ ꝑde
re. Sꝫ interim ieſus poꝛtat⁹ eſt ꝑ ioſeph
in egiptū. Vn̄ ſequit᷑ q̄ ꝯſurgēs accepit
pueꝛ ⁊ matrē ei⁹ nocte Ly. ꝓpter timo
rem herodis vt negociū fieret magis oc
cultū ⁊ ſeceſſit in egiptū ⁊ erat ibi vſqꝫ
ad obitū herodis .ſ. ꝑ ſeptem annos vt
adimpleret᷑ qd̄ dictū eſt a dn̄o ꝑ ꝓphā
Oſee. xj. dicentē. ex egipto vocaui filiū
meū. tūc herodes vidēs ſe illuſum a ma
gis Glo. q2 nō redierūt ad ip̄m iratus
eſt valde timēs regnū ſuū ꝑdere ⁊ mit
tēs occidit .i. occidere iuſſit oēs pueroſ
q̄ erāt in bethleē iuda ⁊ oīb⁹ finib⁹ eiuſ
Glo. vt chriſt⁹ nō effugeret a bimatu ⁊
infra Glo. i. biennio ⁊ minus. ſ. oēs pue
ros maſculini ſex⁹ q̄ habebant duos an
nos vl̄ min⁹. Notandū q̈ occiſio puero
rum facta eſt poſt annū ⁊ q̄ttuoꝛ dies a
natiuitate chriſti. q2 herodes fuit impe
dit⁹ ab executōe hui⁹ facti. q2 fuit citatuſ
ad curiā romanā ad petitionē filioꝝ ſuo
rū ip̄m accuſantiū. poſtq̄ꝫ fuit reuerſ⁹ et
in regno ꝯfirmatuſ. tunc impleuit de nece
pueroꝝ qd̄ pri⁹ ꝯcepit tūc adimpletū ē
qd̄ dictū eſt ꝑ hieremiā ꝓphā dicentē
Vox i rama .i. in excelſis audita ē. plo
rat⁹ Glo. q̄ſtū ad fletū pueroꝝ ⁊ vlula
tus q̄ſtū ad fletū matꝝ. puuli enī vnū
patiebant᷑ doloꝛē. ſ. ꝓpꝛiū. Sed matres
duplicē. ſ. ꝓpꝛiū ⁊ alienū Rachel plo
rans filios ſuos Glo. ꝑ rachel intelligit᷑
bethleē. q2 rachel ſepulta fuit iuxta beth
leem. vt patet Gen̄. xxxv. Et iō ratōe ſepul
ture dicta eſt mater ipiuſ bethleem ⁊ ha
bitantiū in ea ⁊ noluit ꝯſolari. q2 n̄ ſūt

Ly. ſubintelligit᷑ viuētes.

In feſto conuerſionis Pauli.
Euāgeliū ſcdm̄ mat. xix.

In illo tempoꝛe dixit
ſimon petr⁹ ad ieſū. Ecce nos re
liquim⁹ omnia et ſecuti ſum⁹ te.
quid ergo erit nobis. Jeſus autē
dixit ill'. Amē dico vobis q̈ vos
qui reliquiſtis oīa et ſecuti eſtis
me. in regeneratōne cū ſederit fi
lius hoīs ī ſede maieſtatis ſue. ſe
debitis et vos ſuper ſedes duo
decim iudicātes duodecim trib⁹
iſrael. et oīs qui reliquerit domū
vel fratres vel ſoꝛoꝛes. aut prēm
aut matrē. aut vxoꝛē. aut filios.
aut agros ꝓpter nomē meū. cen
tuplū accipiet et vitā eternā poſ
ſidebit. Poſtilla.

Ecce nos reliqui
mus oīa ⁊c. Mat. xix. Hiſtoꝛia
hui⁹ euāgelij facta eſt āno chri
ſti. xxxij. v. kl'. octobꝛis. dn̄ica. luna. xiij. in
dictōe. v. Vn̄ initiū illi⁹ euāgelij ſcribit ſā
ct⁹ matthe⁹ in eodē cap. q̈ chriſtus dixit
diſcipl'is ſuis. Amē dico vobis q2 diues
difficile intrabit ī regnū celoꝝ. Et iteꝝ di
co vobis. Facili⁹ eſt cameluꝫ ꝑ foramen
acus trāſire q̄ꝫ diuitē intrare ī regnū ce
loꝝ. Audiens aūt his diſcipuli mirabant᷑
valde dicētes. q̄s ergo poterit ſalu⁹ eſſe.
Aſpiciēs autē ieſus ait illis. apud hoīes
hī impoſſibile ē. apud deū āt oīa poſſibilia
ſūt. Tūc rn̄dens petr⁹ dixit ei Ecce nos
reliquimuſ oīa Glo. quō autē reliquit
oīa q̄ non oīa. imo valde pauca habuit.
Rn̄det oīa reliq̄t qui nichil ſibi retinuit.
oīa reliq̄t. q̄ voluntatē habēdi dimiſit. q̄
eſt capax oīm volitoꝝ. Nemo enī oīa ha
bere p̄t velle autē p̄t ⁊ ſecuti ſum⁹ te. qd̄
ergo erit nobis Ly. in p̄mij retributōne
ꝓ tali volūtaria pauꝑtate. chriſt⁹ rn̄det.

⌊amē dico vobis ꝙ vos q̄ reliq̄ſtis oīa ⁊
ſecuti eſtis me ī regeneratōe ⌋i. in iudicō
tpe reſurrectōis mortuoꝝ ⌊cū ſederit fili
us hoīs ⌋ly. q2 ſicut ī forma hoīs iudica-
tꝰ ē corā pylato. ita in forma hūana iudi-
cabit. ſic dr̄ Act. j. hic ieſꝰ q̄ aſſūptꝰ ē a vo
bis ī celū ſic veniet. ſ. ad iudiciū. q2 ſicut ī
hūanitate aſcēdit. ita ī hūanitate deſcen-
det ad iudiciū ⌊in ſede maieſtatis ſue ⌋ly.
in p̄mo eiꝫ aduētu ſedit ī ſede hūilitatis.
ſꝫ in ſecundo aduentu ſedebit ī ſede ma-
ieſtatis p manifeſtā potentiā ⌊ſedebitis
⁊ vos ſup ſedes. d. iu. d. t. iſrael ⌋Aduertē
dū ſcḋm ly. ꝙ iudicare accipit̄ tripliciter.
Uno mō p̄ncipalit̄. ſic iudex q̄ pfert ſnīaꝫ
⁊ h mō ſolꝰ chriſtꝰ iudicabit. Alio mō p
ſedere ī loco eminēti iuxta iudicē. ſic aſſeſ
ſores iudicis. ⁊ h mō apl̄i ⁊ alij pfecti cuꝫ
chriſto iudicabūt. Tertio mō accipit̄ lar
ge. ſ. ſnīam iudicis appbare. ⁊ h mō oēs
electi iudicabūt. q2 ſnīaꝫ iudicis appba-
būt ⌊⁊ oīs q̄ reliq̄rit domū ⌋ goꝛ. ſ. ppriā.
⌊vel fratres vel ſoroꝛeſ ⌋q̄ꝫtū ad ppinq̄s
nobis pares ⌊aut patrē. aut matrē ⌋q̄ꝫtū
ad ſupioꝛes ⌊aut vxoꝛē ⌋q̄ꝫtū ad collate-
rales ⌊aut filios ⌋q̄ꝫtū ad iferioꝛes ⌊aut
agroſ ⌋i. ſubſtantiā ⌊ppt nomē meū ⌋in
uocandū p̄dicandū defendendū Unde
Act. xx. dixit apl̄s paulꝰ. Ego nō ſoluꝫ al
ligari ſꝫ moꝛi patꝰ ſū in hieruſalē ppt no
men dn̄i noſtri ieſu chriſti ⁊c. ⌊centuplū
accipiet ⌋ly. qui bona tpalia p chriſto di-
miſerit. bona gratie recipiet h̄ q̄ ita exce-
dūt bona tpalia ſicut centenariuſ nume
rꝰ excedit vnitatē ⌊⁊ vitā eternā poſſide-
bit ⌋i. ſ. in futuro.

¶In feſto purificationis marie virginis. Euā. ſcḋm Lu. ij.

In illo tempoꝛe poſt
quā impleti ſūt dies purgatōniſ
marie ſcḋm legeꝫ moyſi. tulerūt
ieſū in hieruſalē vt ſiſterēt eū do
mino. ſicut ſcriptū ē ī lege domi.
q2 oē maſculinū adaperiēſ vuluā
ſanctū domino vocabitur. Et vt
darēt hoſtiā ſcḋm qḋ dictū eſt in
lege domini. par turturū. aut du
os pullos colūbaruꝫ. Et ecce hō
erat in hieruſalē cui nomē ſimeō
Et hō iſte iuſtꝰ et timoꝛatꝰ expe
ctās cōſolatōeꝫ iſrael. et ſpūſſan
ctꝰ erat ī eo. et reſpōſū acceperat
a ſpūſancto. nō viſurū ſe moꝛteꝫ
niſi priꝰ videret chriſtū domini.
et veniti ſpū in templū. et cū idu
cerēt puerū ieſū parētes eiꝰ vt fa
cerēt ſcḋm cōſuetudinē legiſ pro
eo. et ipſe accepit eū in vlnas ſu
as et benedixit deū. et dixit. Nūc
dimittis ſeruū tuuꝫ domie ſcḋm
verbū tuū ī pace. q2 viderūt ocu
li mei ſalutare tuū. qḋ paraſti an
te faciē oīm populoꝛū. Lumē ad
reuelationē gentiū et gloꝛiaꝫ ple
bis tue iſrael. ¶Poſtilla.

Poſtquā imple
ti ſūt dies purgatōis ⁊c. Luc.
ij. Hiſtoria huiꝰ euā. facta ē
āno chriſti. j. iiij. nonas februarij. feria. v.
luna. xj. inditōe. iiij. Añ initiū illiꝰ euāḡ.
ſcribit ſanctꝰ lucas illud euāgeliū qḋ le-
ctū eſt ī die circūciſionis ⌋Poſtq̄ꝫ ꝯſum-
mati ſunt dies octo vt circūcideret̄ puer
vocatū eſt nomē eiꝰ ieſꝰ. qḋ vocatū ē ab
angelo p̄uſq̄ꝫ in vtero ꝯcipet̄. Et ſtatiꝫ ſe
quit̄ euāgeliū hodiernū ⌊poſtq̄ꝫ imple-
ti ſūt dies purgatōis marie ſcḋm legē mo-
yſi ⌋Notādū ſcḋm goꝛrā ꝙ lex purificatio
nis Leuit. xij. c. erat. ꝙ mulier q̄ ſuſcepto
ſemine pepiſſet maſculū immūda eēt ſe-
pteꝫ diebus ſepata a ꝯſoꝛtio hoīm. ⁊ die
octaua circūcideret̄ infantulꝰ. ⁊ poſt di-
ctos dies ſeptē maneret mulier triginta
tribꝰ diebꝰ ſequētibꝰ ī purificatōne ſan-
guinis ſui. abſtinēs nō a ꝯſoꝛtio hoīm. ſꝫ
ab ingreſſu tēpli. ⁊ ſic die quadrageſimo

offerebat̄ infans in tēplo ⁊ munera ꝓ eo Si aūt femiam pepiſſet imunda eſſet.xiiij. dieb⁹. ⁊ i octuageſimo die purificabat̄ ſine oblatōe ꝛc. tulerūt īquā ieſū quadrageſima die a natiuitate i hieruſalē .ſ.i tēplū pentes ei⁹ .ſ. maria mater ei⁹ et ioſeph pater ei⁹ putatiu⁹ vt ſiſterēt eū .i. offerrēt vel ꝯſecrarēt. vt dicit glo. interli. domio ſicut ſcriptum eſt in lege domini. quia omne maſculinū adapiens vuluā ſanctū dn̄o vocabit̄ .i. ꝓmo naſcēs cuiuſmodi erāt ꝓmogeniti ⁊ vt darēt hoſtiā ſicut ſcriptū ē i lege dn̄i .ſ. leuit. xij. c. par turtur ꝛ aut duos pullos columbarū Glo. iſta erat oblatio paupeꝝ q̄ non poterant habere agnū q̄ erat oblatio diuitū. verūtn̄ ipſa beata virgo p̄cioſiorez agnū .ſ. illū q̄ tollit peccata mūdi obtulit Sciendū circa h̄ ſm ly. q̄ beata virgo n̄ tenebat̄ ad iſta q̄ dicta ſūt de purgatōne q̄ Leuit. xij. ſcribit̄. Mulier ſi ſuſcepto ſemie pepit maſculū imunda erit ſeptez dieb⁹ ꝛc. Et n̄ lex illa ligat tantū mlieres de virili ſemie ꝯcipiētes. Q̄d nō habuit locū i beata virgine maria. veꝝ ſicut eiuſ fili⁹ circūcidi voluit ⁊ alia legalia ſuare ex ſua hūilitate. q̄uis nō teneret̄. Sic beata virgo q̄ fuit hūilima voluit obſuare ⁊ ecce hō erat i hieruſalē q̄ eſt ciuitaſ ſacta cui nomē ſimeō ly. ex q̄ patet ei⁹ fama. q̄ inter ſacerdotes erat famoſuſ ⁊ noiat⁹ iuſt⁹ q̄ ad deū expectans redēptionē iſrael Glo. i. in deſiderio boni ꝓmiſſi ⁊ ſpūſanct⁹ erat i eo Ly. q̄tū ad grē plenitudinē. q̄ habuit ſpeciales illuminatōes ⁊ ꝯſolatōes diuias ⁊ rn̄ſum accepit a ſpū ſancto Ly. in orationibus ſuis deuotis ad deū nō viſuꝝ ſe mortē Glo. i. non ſe expituꝝ mortē carnis niſi pri⁹ videret chriſtū dn̄i .i. veꝝ meſſiā i lege ꝓmiſſū ⁊ venit i ſpiritu i templū ly. i. ꝑ reuelatōez ſpūſſancti vt videret chriſtū ſicut fuit ei ꝓmiſſū ⁊ cuꝫ inducerent pueꝝ ieſū parētes ei⁹ Ly. ad faciēdū ea q̄ p̄dicta ſūt ſm legē ⁊ ipſe accepit eū i vlnas ſuas Ly. cū maximo cordiſ gaudio ⁊ bn̄dixit deū grās agēdo de tāto bn̄ficio ⁊ dixit. Nūc dimittis ſeruū tuū dn̄e ſecundū verbū tuū i pace Ly. i. d̄ cetero dimittes me de hac vita trāſire i cordis quietē q̄ viderūt oculi mei ſalutare tuum Glo. i. chriſtū ſaluatorē. Ly. Letātez eni deſcēdere voluit ad limbū patꝝ ex q̄ ſciebat ſaluatorē eſſe natū q̄d paſti ante faciē oīm ꝑploꝝ Ly. i. corā oīb⁹ ꝑplis quibus miſteriū incarnatōis ⁊ redemptōiſ p̄dicatum eſt ꝑ aplos. ſm q̄d dicit̄ in pſ. xviij. In omnē terrā exiuit ſon⁹ eorum ꝛc lumē ad reuelationē gentiū Ly. q̄ ꝑus errore tenebant̄ ⁊ gloriā plebis tue iſrael magē ei glia iudeis ad chriſti fidē cōuerſis. q̄ chriſt⁹ ſm carnē nat⁹ ē d̄ ipſis

In feſto cathedre ſancti petri

In illo tempore Venit ieſus i partes ceſaree philippi ꝛc. Hoc euangeliū cū poſtilla ſua quere infra i feſto aploꝝ petri ⁊ pauli.

In feſto ſancti mathie apoſtoli. Euā. ſcdm Mat. xj.

In illo tempore. Reſpondēs ieſus dixit. Cōfitebor tibi pater domie celi et terre. quia abſcōdiſti hec a ſapiētib⁹ et prudentib⁹ et reuelaſti ea paruulis. Ita pater quoniā ſic fuit placitū ante te. omia michi tradita ſūt a patre meo. et nemo nouit filium niſi pater. neqꝫ patrē quis nouit niſi fili⁹. et cui voluerit filiuſ reuelare. Venite ad me oēs q̄ laboratis et onerati eſtis et ego reficiā vos Tollite iugū meū ſuper voſ et diſcite a me q̄ mitis ſū et humilis corde. et inuenietis requiē aīab⁹ veſtris. Iugū eni meū ſuaue ē. et on⁹ meū leue.

¶ Poſtilla.

# Confitebor tibi

pater dñe celi ⁊c. Mat. xj. Hi-
ſtoria huiꝰ euāḡ. facta ē anno chriſti. xxxi
ioꝰ decēbris. luna. x. inditōe. iiij. Añ initi
um illiꝰ euāḡ. ſcribit ſanctꝰ mat. in eodē
ca. ꝙ chriſtꝰ dixit phariſeis ⁊ iudeis. Ue
nit eni iohānes. neqꝫ mandu cās neqꝫ bi
bēs. ⁊ dicūt demoniū hꝫ. Uenit filiꝰ hoiſ
manducās ⁊ bibēs. ⁊ dicūt. Ecce hō vo-
rax ⁊ potator vini. publicanoꝝ ⁊ peccato
rū amicꝰ. Tūc poſt hͦ verba ſequit̄ euan
geliū hodiernū [ Cōfitebor tibi pater ] ly.
i. ad gloriā tuā ꝯclaro [ qꝛ abſcōdiſti hͦ ]
Ly. i. miſteria fidei [ a ſapiētibꝰ ⁊ pruden
tibꝰ ] ſ. ſcribis ⁊ phariſeis in ſua ſapiētia
ꝯfidentibꝰ. ⁊ iſti ſūt ſapiētes i oculis ſuiſ
ſꝫ nō ſimplicit̄ [ ⁊ reuelaſti ea paruulis ] ly.
i. humilibꝰ. Et ex hoc patet ꝙ cā ex parte
credentiū fuit eoꝝ hūilitas q̄ ad verā ſa-
piētiā diſponit. vt dicit̄ puer. xj. Ubi hūi
litas ibi ſapiētia. Ex ꝑte aūt nō credētiū
fuit eoꝝ ſupbia q̄ ē excecatiua intellectuſ
[ ita pater qm̄ ſic fuit placitū ante te ]
Gor. ꝙ abſcōdiſti ab illis ⁊ reuelaſti iſtiſ
[ oīa michi tradita ſūt ] Gor. i. oñiū ſu
oīa [ ⁊ nemo nouit filiū niſi pater ] Gor.
eſſentialiter plene ⁊ ꝑfecte. hoc dico ꝓpt̄
hoieſ q̄ ꝯgnoſcūt ꝑ fidē [ neqꝫ prēꝫ q̄s no
uit niſi filiꝰ ] ly. qꝛ chriſtꝰ ē mediator dei
⁊ hoim. iō noticia diuinoꝝ ad nos deri
uat̄ ꝑ ipm. ⁊ iō ſubdit̄ [ ⁊ cui voluerit filiꝰ
reuelare ] Ly. ⁊ qꝛ dei filiꝰ ē mediator dei
⁊ hoim. ideo ſecure poſſumus accedere
ad ipm. Uñ dicit [ venite ad me oēs q̄ la-
boratis ⁊ onerati eſtis. ⁊ ego reficiā voſ ]
Ly. in ꝑſenti ꝑ gratiā. ⁊ ī futuro ꝑ gloriaꝫ
[ tollite iugū meū ſuꝑ vos ] Ly. i. legem
euāgelicā [ ⁊ diſcite a me qꝛ mitiſ ſū ] Ly.
nullū ledēdo [ ⁊ hūilis corde ] neminem
